

septuaginta interpretum suggillationē no-
ua pro veteribus cudere: et ita ingenū qua-
si vnum probātes: cum ego sepiſſime testa-
tus ſim me pro virili portione in tabernacu-
lo dei offerre que poſſim: nec opes alterius
aliorum paupertate fedari. Quod vt aude-
rem origenis me ſtudium prouocauit q̄ edi-
tioni antiquę translationem theodotionis
miſcuit. asterico et obelo: ſid eſt ſtella et veru-
omne opus diſtinguens: dum aut illuceſce-
re facit que minus ante fuerant: aut ſuper-
flua queq; ſugulat et p̄ſodit: et maxime que
euangelistarum et apoſtolorum autozitas
promulgauit. In quibus multa de veteri
testamento legimus que in noſtris codici-
bus non habentur: vt eſt illud. Ex egypto
vocaui filium meum: et quoniam nazareus vo-
cabitur: et videbunt in quem cōpunxerunt. et
flumina de ventre eius fluent aque viue: et
que nec oculus vidit nec auris audiuit nec
in cor hominis aſcendit que preparauit de-
us diligentiſſimis ſe: et multa alia que p̄p̄riuz
ſyntagma deſiderant. Interrogemus ergo
eos vbi hec ſcripta ſunt et cū dicere non po-
tuerint de libris hebraicis proferamus. Ibi
mū testimoniū eſt in oſee: ſecundū in Eſaia:
tertium in Zacharia: quartū in Proverbijs
quintum eque in Eſaia. quod multi igno-
rantes apocriphorum deliramenta ſectan-
tur: et hiberas nenas libris authenticis pre-
ferunt. Cauſas erroris nō eſt meū exponere.
Iudei prudenti factum dicunt eſſe con-
ſilio: ne ptolomeus vnius dei cultor etiam
apud hebreos duplicem diuinitatem depre-
henderet. Quō maxime idcirco faciebant: qz
in platonis dogma cadere videbatur. Be-
nig vbi cunq; ſacratum aliquid ſcriptura
teſtatur de patre et filio et ſpirituſancto: aut
aliter interpretari ſunt: aut omnino tacue-
runt: vt regi ſatiſſacerent: et arcanum fidei
nō vulgarent. Et nescio quis primus autoz
septuaginta cellulas alexandrie mendacio
ſuo extruxerit: quibus diuiſi: eadem ſcrip-
titarint: cum aristeus eiſdem ptolomei hy-
peraspites et non multo poſt tempore Joſe-
phus nihil tale retulerint: ſed in vna baſili-
ca congregatos contuliſſe ſcribant: nō pro-
phetalle. Aliud eſt enim eſſe vatem: aliud e-
ſſe interpretem. Ibi ſpiritus ventura pre-
dicat: hic eruditio et verborum copia ea que
intelligit tranſfert. Niſi forte putandus eſt
tullius economicū xenofontis: et platonis
pythagoram: et demostenis protheſifontē
aſſatus rhetorico ſpiritu tranſtulſiſſe. Aut
aliter de eiſdem libris per ſeptuaginta inter-

pretes: aliter per apoſtolos ſpirituſanctus
teſtimonia texuit: vt qd̄ illi tacuerūt: hi ſcri-
ptum eſſe mentiti ſint. Quid igitur: Bāna-
mus veteres. Minime: ſed poſt priorū ſtu-
dia in domo domini quod poſſumus labo-
ramus. Illi interpretati ſunt ante aduentū
chriſti et quod nesciebant: dubijs protulere
ſententijs: nos poſt paſſionem et reſurrecti-
onem eius: non tam prophetiam q̄ hiſto-
riam ſcribimus. Alter enim audita: aliter
viſa narrantur. Quod melius intelligimus
melius et proferimus. Audi igitur emule ob-
trectator: auſculta. Non damno: non repre-
hēdo ſeptuaginta: ſed p̄ſidē cūctis illis apo-
ſtolos preſero. Per iſtoꝝ os mihi chriſtus
ſonat quos ante prophetas inter ſpiritu-
alia chariſmata poſitos lego: in quibus vlti-
mū pene gradum interpretes tenent. Quid
liuore torqueris? Quid imperitorum aios
contra me concitas? Sicubi in tranſlatione
tibi videoz errare: iteroga hebreos. diuer-
ſarum vrbium magiſtros cōſule. Quod il-
li habent de chriſto: tui codices nō habent.
Aliud eſt ſi contra ſe poſtea ab aplis vſur-
pata teſtimonia probauerunt: et emendati-
ora ſunt exemplaria latina q̄ greca: greca
q̄ hebraica. Verū hec cōtra inuidos. Nūc
te deprecor deſideri chariſſime: vt quia me
tantum opus ſubire feciſti et a geneſi exor-
dium capere oratiōibus iuues: quo poſſim
eodem ſpiritu quo ſcripti ſūt libri: in latinū
eos tranſſerre ſermonem.

Explicit preſatio. Incipit liber Geneſis
qui dicitur hebraice bresith. Caplm I

In principio cre-
auit deus celum et terras. Terra
autem erat inanis et vacua: et te-
nebre erant super faciem abyssi.
et ſpiritus dñi ferebat ſup aquas.
Dixitq; deus. Fiat lux. Et facta eſt lux. Et
vidit deus lucē q̄ eſſet bona: et diuiſit lucez
a tenebris: appellauitq; lucem diem. et tene-
bras noctez. Factūq; eſt vespere et mane di-
es vnus. Dixit quoq; deus. Fiat firmamē-
tum in medio aquarū: et diuidat aquas ab
aquis. Et fecit deus firmamentū: diuiſitq;
aquas que erant ſub firmamento ab his q̄
erant ſuper firmamentū. Et factum eſt ita.
Vocauitq; deus firmamentum celum: et fa-
ctū eſt vespere et mane dies ſecundus. Di-
xit vero deus Congregentur aque que ſub
celo ſunt in locum vñū: et appareat arida Et

Enclaf. 42. 43.

Genesis

factū est ita. **E**t vocauit deus aridam terrā congregationesq; aquarum appellauit maria. **E**t vidit deus qd esset bonū et ait. **B**erminet terra herbam virentem et facientem semen et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum: cuius semen in semetipso sit super terram. **E**t factum est ita. **E**t protulit terra herbam virentem et facientem semen iuxta genus suum: lignūq; faciens fructum: et habens vnūquodq; sementem sūm speciem suam. **E**t vidit deus qd esset bonū. **E**t factum est vespere et mane dies tertius. **D**ixit autem deus. **F**iant luminaria in firmamento celi: et diuidant diem ac noctē: et sint in signa et tempora et dies et annos: vt luceant in firmamento celi: et illuminent terram. **E**t factum est ita. **F**ecitq; deus duo luminaria magna. **L**uminare maius vt preesset diei: et luminare minus vt preesset nocti et stellas. **E**t posuit eas in firmamento celi vt lucerēt super terram: et preessent diei ac nocti: et diuiderent lucem ac tenebras. **E**t vidit deus qd esset bonum: et factum est vespere et mane dies quartus. **D**ixit etiam deus. **P**roducant aque reptile sanime viuētis et volatile super terram: sub firmamento celi. **C**reauitq; deus cete grandia: et omnē animā viuētem atq; motabilem quaz producerant aque in species suas: et omne volatile sūm genus suum. **E**t vidit deus qd esset bonū: benedixitq; eis dicens. **C**rescite et multiplicamini et replete aquas maris auēsq; multiplificentur super terram. **E**t factus est vespere et mane dies quintus. **D**ixit quoq; deus. **P**roducat terra animam viuētem in genere suo: et iumēta et reptilia et bestias terre sūm species suas. **F**actumq; est ita. **E**t fecit deus bestias terre iuxta species suas: iumenta et omne reptile terre in genere suo. **E**t vidit deus qd esset bonum: et ait. **F**aciamus hominē ad imaginem et similitudinem nostram et pōsit piscib; maris et volatilibus celi et bestiis vniuersisq; terre: omniq; reptili quod mouetur in terra. **E**t creauit deus homines ad imaginem et similitudinem suā: ad imaginē dei creauit illū masculinum et feminam creauit eos. **B**enedixitq; illis deus et ait. **C**rescite et multiplicamini et replete terrā et subiicite eam: et dominamini piscibus maris et volatilibus celi: et vniuersis animātibus que mouentur super terrā. **D**ixitq; deus. **E**cce dedi vobis omnē herbā asserentē semē super terrā: et vniuersa ligna que habent in semetipsis sementem generis sui vt sint vobis in escā et cūctis aiantibus terre: omniq; volu-

cri celi et vniuersis que mouentur in terra. et in quibus est anima viuēs: vt habeāt ad vescendum. **E**t factum est ita. **V**iditq; deus cuncta que fecerat et erant valde bona. **E**t factū est vespere et mane dies sextus.

Igitur pfecti sunt celi et terra: et omnis ornatu eorū. **C**ompleuitq; deus die septimo opus suum quod fecerat: et requieuit die septimo ab vniuerso opere quod pararat. **E**t benedixit diei septimo et sanctificauit illū quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit deus vt faceret. **I**ste sunt generationes celi et terre quā create sunt in die quo fecit deus celū et terrā: et omne virgultum agri anteq; oriretur in terra: et omne herbam regionis priusq; germinaret: nō enim pluerat dñs deus super terrā: et hō non erat qui operaretur terrā. **S**ed fons ascēdebat e terra: irrigans vniuersam superficiē terre. **F**ormauit igitur dñs deus hominē de limo terre: et inspirauit in faciem eius spiraculū vite: et factus est homo in animam viuētem. **P**lantauerat autē dñs deus paradysum voluptatis a principio: in quo posuit hominē quem formauerat. **P**roduxitq; dñs deus de humo oē lignū pulchrū visu et ad vescēdū suauē. lignū etiam vite in medio paradisi: lignūq; scientie boni et mali. **E**t fluius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandū paradysum: quod inde diuidit in quatuor capita. **H**omē vni phison. **I**pe est qui circūit oēm terrā euilath vbi nascit aurū et aurū terre illius optimū est. **I**biq; inuenit bdelliū: et lapis onychinus. **E**t nomen fluius scdi gyon. **I**pe est qui circūit oēm terrā ethiopiae. **H**omē vno flumis tertij tigris. **I**pe vadit cōtra asirios. **F**luius autē quartus ipse ē eufrates. **T**ulit q; dñs deus hominē et posuit eū in paradysum voluptatis vt oparet et custodiret illū pceptis ei dicens. **E**t omni ligno paradisi comedere: de ligno autē scie boni et mali ne comedas. **I**n quocūq; enim die comederis ex eo: morte morieris. **D**ixit q; dñs deus. **N**ō est bonū hominē esse solū: faciamus ei adiutorij sile sibi. **F**ormat igitur dñs deus de humo cūcti aiantibus terre et vniuersis volatilib; celi: adduxit ea ad adā vt videret quid vocaret ea. **D**e enim quod vocauit adā aie viuēt: ipm ē nomē ei. **A**pellauitq; adā noib; suis cūcta aiantia et vniuersa volatilia celi: et omnes bestias terre. **A**de vno nō iueniebat adiutor: sillis ei. **I**mmisitq; dñs deus soporē in adā. **C**ūq; obdormisset: tulit vnā d costis eius et repleuit carnem p ea. **E**t edificauit dñs deus costā quaz tulerat de adā in mulierē et adduxit eam ad

*Quintus fluius
Favosus*

*Homo in paradiso
oparari*

Adam. Dixitq; adam. Hoc nunc os ex of-
sibus meis: et caro de carne mea. Hec voca-
bitur virago: quoniam de viro sumpta est.
Quãobrem relinquet homo patrem suũ et
matrem: et adheret uxori sue et erũt duo
in carne vna. Erat autẽ vterq; nudus: adã
scilicet et vxor eius: et non erubescabant.

III

Sed et serpens erat callidior cunctis
animantibus terre que fecerat dñs
deus. Qui dixit ad mulierem. Cur
precepit vobis deus vt nõ comederitis ex
omni ligno paradisi? Cui respondit muli-
er. De fructu lignorum que sunt in paradiso
vescimur: de fructu vero ligni quod ẽ in
medio paradisi precepit nobis deus ne co-
mederemus: et ne tangeremus illud: ne for-
te moriamur. Dixit autem serpens ad mu-
lierẽ. Nequaquã morte moriemini. Scit enĩ
deus q; in quoc unq; die comederitis ex eo
aperientur oculi vestri: et eritis sicut dii sci-
entes bonum et malum. Vidit igitur muli-
er q; bonum esset lignum ad vescendum: et
pulchrum oculis: aspectuq; delectabile: et
tulit de fructu illius et comedit: deditq; vi-
ro suo. Qui comedit: et aperti sunt oculi am-
borum. Tuncq; cognouissent se esse nudos:
confuerunt folia ficus: et fecerunt sibi pe-
rizomata. Et cum audissent vocem domi-
ni dei deambulantis in paradiso: ad auram
post meridiem: abscondit se Adam et vxor
eius a facie domini dei in medio ligni para-
disi. Vocauitq; dominus deus adam et di-
xit ei. Ubi es? Qui ait. Vocem tuam domi-
ne audiui in paradiso: et timui eo q; nudus
essem: et abscondi me. Cui dixit dominus.
Quis enĩ indicauit tibi q; nudus esses: nisi
q; ex ligno de quo preceperam tibi ne come-
deres comedisti? Dixitq; Adam. Mulier
quã dedisti mihi sociã dedit mihi de ligno
et comedi. Et dixit dominus deus ad muli-
erẽ. Quare hoc fecisti? Que respõdit. Ser-
pens decepit me: et comedi. Et ait dominus
ad serpentem. Quia fecisti hoc maledictus
es inter omnia animãtia et bestias terre. Su-
per pectus tuũ gradieris et terraz comedes
cunctis diebus vite tue. In inuicias ponã
inter te et mulierem: et semen tuũ et semen il-
lius. Ipsa cõteret caput tuum: et tu insidia-
beris calcaneo eius. Mulieri quoq; dixit.
Multiplicabo erũnas tuas et cõceptus tu-
os. In dolore paries filios: et sub viri pote-
statis eris et ipse dominabitur tui. Ade vero
dixit. Quia audisti vocem vxoris tue: et co-
medisti de ligno ex quo preceperam tibi ne

comederes: maledicta fra in opere tuo. In
laboribus comedes ex ea cunctis diebus vi-
te tue. Spinaz et tribulos germinabit tibi.
et comedes herbas terre. In sudore vultus
tui vesceris pane tuo: donec reuertaris in
terram de qua sumptus es: quia puluis es
et in puluerem reuerteris. Et vocauit adã
nomen vxoris sue eua: eo q; mater esset cõ-
itorum viuentium. Fecit quoq; dominus
deus Ade et vxori eius tunicas pelliceas.
et induit eos. Et ait. Ecce adam quasi vnus
ex nobis factus est sciens bonum et malum.
Nunc ergo ne forte mittat manum suam et
sumat etiam de ligno vite: et comedat: et vi-
uat in eternũ. Emisit eum dominus de
paradiso voluptatis vt operaretur terram
de qua sumptus est. Eiecitq; adam: et col-
locauit ante paradisum voluptatis cheru-
bin: et flãmẽ gladiũ atq; versatilem ad cu-
stodiendam viam ligni vite.

III

Adam vero cognouit vxorem suam
Eua que concepit et peperit cayn
dicens. Possedi hominẽ per deum
Rursumq; peperit fratrem eius Abel. Fu-
it autẽ abel pastor ouium: et cayn agricola.
Factũ est autẽ post multos dies vt offerret
cayn de fructib; terre mũera domio. Abel
quoq; obtulit de primogenitis gregis sui.
et de adipibus eorum. Et respexit dominus
ad abel et ad munera eius: ad cayn autem et
ad munera illius non respexit. Iratusq; est
cayn vehementer et concidit vultus eius.
Dixitq; dominus ad eum. Quare iratus es
et cur concidit facies tua? Nonne si bñ ege-
ris recipies? Sin autem male: statim in fori-
bus peccatum tuum aderit. Sed sub te erit
appetitus eius: et tu dominaberis illius. Vi-
xitq; cayn ad abel fratrem suum. Egredia-
mur foras. Tuncq; essent in agro: consurre-
xit cayn aduersus fratrem suum abel: et in-
terfecit eum. Et ait dominus ad cayn. Ubi
est abel frater tuus? Qui respõdit. Nescio.
Nunquid custos fratris mei sum ego? Vi-
xitq; ad eum. Quid fecisti? Vox sanguinis
fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igi-
tur maledictus eris super terram: que ape-
ruit os suum: et suscepit sanguinem fratris
tui de manu tua. Cum operatus fueris eaz
non dabit tibi fructus suos. Vagus et pro-
fugus eris super terram. Dixitq; cayn ad
dñm. Maior est iniqtas mea: q; vt veniaz
merear. Ecce eijcies me hodie a facie tre: et
a facie tua abscondar: et ero vagus et profu-
gus in terra. Omnis igitur q; inuenerit me

occidet me. Dixitq; ei dominus. Nequaquā ita fiet: sed omnis qui occiderit cayn: septu-
plum punietur. Posuitq; dñs in Cayn si-
gnū: vt nō interficeret eū omnis qui inuenit,
set eum. Egressusq; cayn a facie domini ha-
bitauit profugus in terra: ad orientālē pla-
gam eden. Cognouit autē cayn vxorem su-
am que concepit et peperit enoch. Et edifi-
cauit ciuitatem: et vocauit nomē eius ex no-
mine filij sui Enoch. Porro Enoch genuit
irad. Et irad genuit mauiael: et mauiael ge-
nuit mathusael: et mathusael genuit lamech
Qui accepit duas vxores nomen vni ada.
et nomen alteri sella. Genuitq; ada iabel qui
fuit p̄r habitantiū in tentorijs atq; pastorū
et nomen fratris eius thubal. Ipse fuit pa-
ter canentium cythara et organo. Sella q;
genuit tubalcayn qui fuit malleator et faber
in cuncta opera eris et ferri. Soror vero tu-
balcayn noēma. Dixitq; lamech vxoribus
suis ade et selle. Audite vocem meam vxo-
res lamech: auscultate sermonē meū. Quo-
ntiam occidi virum in vultus meum: et ado-
lescentulum in liuorem meum. Septuplum
vltio dabitur de cayn: de lamech vero sep-
tuagiessepties. Cognouit q; adhuc adam
vxorem suam et peperit filiū: vocauitq; no-
men eius seth dicens. Posuit mihi deus se-
men aliud pro abel quem occidit cayn. Sed
et seth natus est filius quem vocauit enos.
Iste cepit inuocare nomen dñi. **V**

Hic est liber generationis adam: in
die qua creauit deus homines. Ad
similitudinem dei fecit illum. mas-
culum et feminam creauit eos: et benedixit
illis: et vocauit nomen eorum adam in die
qua creati sunt. Vixit autē adam centūtri-
ginta annis: et genuit filium ad imaginem et
similitudinem suam: vocauitq; nomē eius
seth. Et facti sunt dies adam postq; genuit
seth octingenti anni: genuitq; filios et filias
Et factū est omne tempus quod vixit adaz
anni nōgentitriginta et mortuus est. Vixit
q; seth centumquing; annis et genuit enos.
Vixitq; seth postq; genuit enos octingētis
septem annis: genuitq; filios et filias. Et fa-
cti sunt omnes dies seth nōgentorum duo-
decim annorum et mortuus est. Vixit vero
Enos nonaginta annis: et genuit Caynan.
Post cuius ortum vixit octingentisquin-
decim annis et genuit filios et filias. Facti
sunt omnes dies Enos nongenti quing; an-
ni: et mortuus est. Vixit quoq; Caynan se-
ptuaginta annis: et genuit malalehel. Et vi-
xit caynan postq; genuit malalehel octingē-

tis quadraginta annis genuitq; filios et fili-
as. Et facti sunt omnes dies Caynan non-
gentidecem anni: et mortuus est. Vixit au-
tem Malalehel sexaginta quing; annis et
genuit iared. Et vixit Malalehel postq;
genuit iared octingentis triginta annis et
genuit filios et filias. Et facti sunt omnes di-
es Malalehel octingentinonagintaquin-
q; anni et mortuus est. Vixitq; iared cen-
tumsexagintaduob; annis: et genuit enoch
Et vixit iared postq; genuit Enoch octin-
gentis annis: et genuit filios et filias. Et fa-
cti sunt omnes dies iared nongentisera-
gintaduob; anni: et mortuus ē. Porro enoch
vixit sexaginta quing; annis: et genuit Mal-
thusalem. Et ambulauit Enoch cum deo.
Et vixit Enoch postq; genuit Malthusa-
lem trecentis annis: et genuit filios et fili-
as. Et facti sunt omnes dies Enoch trecen-
tissexaginta quing; anni: ambulauitq; cum
deo et non apparuit: quia tulit eum deus.
Vixit quoq; Malthusalem centum octo-
gintaseptem annis: et genuit Lamech. Et
vixit Malthusalem postq; genuit Lamech
septingentis octogintaduobus annis: et ge-
nuit filios et filias. Et facti sunt omnes die-
es Malthusalem nongentissexagintanoue
anni: et mortuus est. Vixit autem Lamech
centum octogintaduobus annis: et genuit
filium: vocauitq; nomen eius Noe: dicens
Iste consolabitur nos ab operibus et labo-
ribus manuum nostrarum in terra cui ma-
ledixit dominus. Vixitq; Lamech postq;
genuit Noe quingentis nonaginta quing;
annis: et genuit filios et filias. Et facti sunt
omnes dies Lamech septingentis septuagin-
taseptem anni: et mortuus est. Noe vero cū
quingentorum esset annorum genuit Sem
Cham et Japhet. **VI**

Quādo cepissent homines multipli-
cari super terram: et filias procreas-
sent: videntes filij dei filias homi-
num q; essent pulchre: acceperunt sibi vxo-
res ex omnibus quas elegerāt. Dixitq; de-
us. Non permanebit spiritus meus in ho-
mine in eternum: quia caro est. Eruntq; die-
es illius centum viginti annorum. Gigan-
tes autem erant super terram in diebus il-
lis. Postq; enim ingressi sunt filij dei ad fi-
lias hominum: illeq; genuerūt. isti sunt po-
tentes a seculo viri famosi. Videns autem
deus q; multa malicia hominum esset in ter-
ra: et cuncta cogitatio cordis intenta esset
ad malum omni tempore: penituit eum q;
hominem fecisset in terra. Et precauens in

futurū: et tactus dolore cordis intrinsecus: delebo inquit hoīem quē creauī a facie terre: ab hoīe vsq; ad animantia: a reptili vsq; ad volucres celi. Venitet em̄ me fecisse eos. Noe vero inuenit gratiā coram domino. **N**oe vir iustus atq; perfectus fuit in generatōibus suis: cū deo ambulauit et genuit tres filios: sem: cham et iaphet. Corrupta est autem terra coram dño: et repleta est iniquitate. Cūq; vidisset deus terrā esse corruptam: omnis quippe caro corruerat viam suam super terrā: dixit ad noe. Finis vniuerse carnis venisset coram me. Repleta est terra iniquitate a facie eorū: et ego disperdam eos cum terra. Facti: bi arcam de lignis leuigatis. Quasi uncilas in arca facies: et bitumie linices intrinsecus et extrinsecus: et sic facies eam. Trecentorū cubitorū erit longitudo arce: quinquaginta cubitorū latitudo: et triginta cubitorū altitudo illius. Fenestram in arca facies: et in cubito summabis summitatē eius. Ostiū autē arce pones in latere dextero. Celnacula et tristega facies in ea. Ecce ego adducā aquas diluuij super terrā vt interficiam omnē carnē in qua spiritus vite est subter celum: et vniuersa que in terra sunt consument. **P**onamq; fedus meū tecū: et ingredieris arcam tuā et filij tui: vxor tua et vxores filiorū tuorū tecum: et ex cunctis animantibus vniuerse carnis bina induces in arcam: vt uiuant tecum masculini sexus et feminini. De volucribus iuxta genus suū: et de iumentis in genere suo: et ex oī reptili terre sicut genus suū: bina de omnibus ingredientur tecum vt possint uiuere. **T**olles igitur tecū ex omnibus escis que mandī possunt: et cōportabis apud te: et erūt tibi q̄ illis in escam. **F**ecit igitur noe omnia que preceperat illi deus. VII

Dixitq; dominus ad eum. Ingredere tu et omnis domus tua in arcam. **T**ecū vidi iustum coram me in generatione hac. **E**x omnibus animantibus mundis tolles septena et septena: masculinum et feminā. de animantibus vero immūdis duo et duo: masculinū et feminā: sed et de volatilibus celi septena et septena. masculinum et feminā. vt saluet semen super faciem vniuerse terre. **A**dhuc em̄ et post dies septē ego pluam super terrā quadraginta diebus et quadraginta noctibus: et delebo omnē substantiā quā feci de superficie terre. **F**ecit q̄ noe oīa quā mandauerat ei dñs. **E**ratq; sexcētoꝝ annoꝝ quā diluuij aq̄ inundauerūt super terrā. **E**t ingres-

sus est noe et filij eius: vxor ei⁹ et vxores filiorū eius cū eo in arcam: ppter aquas diluuij. **D**e aiantibus quoq; mūdis et immūdis et de volucris et ex omni q̄ mouet super terram duo et duo ingressi sunt ad noe in arcam masculus et femina: sicut preceperat dominus noe. **C**ūq; transissent septem dies: aque diluuij inundauerūt super terram. **A**nno sexcentesimo vite noe mense secundo: septimo decimo die mensis: rupti sunt omnes fontes abyssi magne: et cataracte celi aperuerunt et facta est pluuia super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus. **I**n articulo diei illius ingressus est noe: et sem et cham et iaphet filij eius. et vxor illius et vxores filiorū eius cū eis in arcam: ipse et omne animal sicut genus suū vniuersaq; iumenta in genere suo: et omne q̄ mouet super terrā in genere suo: cunctūq; volatile sicut genus suū. **V**niuersa aues omnesq; volucres ingressi sunt ad noe in arcam: bina et bina ex omni carne in qua erat spiritus vite. **E**t q̄ ingressa sunt: masculus et femina ex omni carne introierūt: sicut preceperat ei de⁹: et inclusit euz dñs de foris. **F**actūq; est diluuiū quadraginta diebus super terrā et multiplicatae sunt aque. et eleuauerūt arcam in sublime a terra. **V**ehementer em̄ inundauerūt et omnia repleuerūt in superficie terre. **P**orro arca se rebatur super aquas: et aque preualuerunt nimis super terrā: optiq; sunt omnes montes excelsi sub vniuerso celo. **Q**uindecim cubitis altior fuit aqua super montes q̄ operuerat. **C**onsumptaq; est oīs caro quā mouebat super terrā: volucrum aiantū bestiarū: oīmque reptiliū que reptat super terrā. **V**niuersi homines et cūcta in quibus spiraculū vite est in terra mortua sunt. **E**t deleuit deus omnem substantiā que erat super terrā ab homine vsq; ad pecus: tam reptile q̄ volucres celi: et de lera sunt de terra. **R**emansit autē solus noe et qui cum eo erant in arca. **O**btinueruntq; aque terrā centū quinquaginta diebus. VIII

Recordatus autē dñs noe cūctorūq; animantiū: et omnium iumentorū quę erant cum eo in arca: adduxit spiritū super terrā et iminuit sunt aque et clausi sunt fontes abyssi et cataracte celi: et prohibite sunt pluuię de celo. **R**euerseque sunt aque et ceterę et redeiētes: et ceperūt minui post centū quinquaginta dies. **R**equieuitq; arca mense septimo vice simo septimo die mensis super mōtes armenie. **A**t vero aque ibāt et decresebāt vsq; ad decimū mensem. **D**ecimo em̄ mense prima die mensis apparuerunt cacumi-

Genesis

na montium. **C**umq; transissent quadraginta dies: aperiens noe fenestram arce quam fecerat dimisit coruum: qui egrediebatur et non reuertebatur: donec sicarentur aque super terram. **E**misit quoq; columbam post eum ut videret si iam cessassent aque super faciem terre. **Q**ue cum non inuenisset ubi rediret pes eius: reuersa est ad eum in arcam. **A**que enim erant super uniuersam terram. **E**xteditq; manum suam et apprehensam intulit in arcam. **E**xpectatis autem ultra septem diebus alijs rursum dimisit columbam ex arca. **A**t illa venit ad eum ad vesperam: portans ramum oliue uiridibus folijs in ore suo. **I**ntellexit ergo noe qd; cessassent aque super terram. **E**xpectauit nihilominus septem alios dies et emisit columbam que non est reuersa ultra ad eum. **I**gitur sexcentesimo primo anno uite noe: primo mense prima die mensis imminutis sunt aque super terram. **E**t aperiens noe tectum arce aspexit: uiditq; qd; exsiccata esset superficies terre. **M**ense secundo septimo et vicesimo die mensis arefacta est terra. **L**ocutus est autem dominus ad noe dicens. **E**gredere de arca tu et uxor tua: filij tui et uxoies filiorum tuorum tecum: cuncta animantia que sunt apud te: ex omni carne tam in volatilibus quam in bestijs et uniuersis reptilibus que reptant super terram: educ tecum et egredimini super terram. **C**rescite et multiplicamini super eam. **E**gressus est ergo noe et filij eius et uxor illius et uxoies filiorum eius cum eo. sed et omnia animantia: iumenta et reptilia que reptant super terram secundum genus suum egressa sunt de arca. **E**dificauit autem noe altare domino et tollens de cunctis pecoribus et volucris mundis obtulit holocausta super altare. **O**doratusq; est dominus odorem suauitatis: et ait ad eum. **N**equaquam ultra maledicam terram propter homines. **S**ensus enim et cogitatio humani cordis in malum pronata sunt ab adolescentia sua. **N**on igitur ultra percussit omnem animam uiuentem sicut feci. **C**um diebus terre: sementis et messis: frigus et aestus: aestas et hyems nox et dies non rediret.

IX

Benedixitq; deus noe et filijs eius et dixit ad eos. **C**rescite et multiplicamini et replete terram: et terror et tremor sit super cuncta animalia terre: et super omnes volucres celi cum uniuersis que mouentur super terram. **O**mnes pisces maris manui vestre traditi sunt: et omne quod mouetur et uiuit erit uobis in cibo. **Q**uasi olera uirentia tradidi uobis omnia: excepto quod carnes cum sanguine non comedetis. **S**anguinem enim ani-

marum uestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum et de manu hominis. **D**e manu uiri et de manu fratris eius requiram animam hominis. **Q**uicumq; effuderit humanum sanguinem: fundetur sanguis illius. **A**d imaginem dei quippe factus est homo. **V**os autem crescite et multiplicamini et ingredimini super terram et implete eam. **H**ec quoq; dixit deus ad noe et ad filios eius cum eo. **E**cce ego statuam pactum meum uobiscum: et cum semine uestro post uos: et ad omnem animam uiuentem que est uobiscum: tam in uolucris quam in iumentis et pecudibus terre: cunctisq; que egressa sunt de arca et uniuersis bestijs terre. **S**tatuam pactum meum uobiscum: et nequaquam ultra interficiet omnis caro aquas diluuij neq; erit deinceps diluuium dissipans omnem terram. **D**ixitq; deus. **H**oc est signum federis quod do inter me et uos: et ad omnem animam uiuentem que est uobiscum in generationes sempiternas. **A**rcum meum ponam in nubibus celi: et erit signum federis inter me et inter terram. **C**umq; obduero nubibus celum: apparebit arcus meus in nubibus et recordabor federis mei quod pepigi uobiscum: et cum omni anima uiuente que carnem uergetat: et non erunt ultra aque diluuij ad delendam uniuersam carnem. **E**ritq; arcus meus in nubibus et uidebo illum et recordabor federis sempiterni: quod pactum est inter deum et omnem animam uiuentem uniuerse carnis que est super terram. **D**ixitq; dominus ad noe. **H**oc est signum federis quod constitui inter me et omnem carnem super terram. **E**rant ergo filij noe qui egressi sunt de arca. **S**em Cham et Japhet. **H**orro cham ipse est pater chanaan. **T**res isti filij sunt Noe: et ab his disseminatum est omne genus hominum super uniuersam terram. **C**epitq; noe uir agricola exercere terram et plantauit uinea. **B**ibensq; uinum inebriatus est: et nudatus est in tabernaculo suo. **Q**uod cum uidisset cham pater chanaan: uerenda scilicet patris sui esse nudata: nunciauit duobus fratribus suis foras. **A**t uero sem et iaphet pallium imposuerunt humeris suis: et incedentes retrorsum: operuerunt uerenda patris sui. **F**aciensq; eorum auerse erant et patris uirilia non uiderunt. **E**uigilans autem noe ex uino cum didicisset que fecerat ei filius suus minor ait. **M**aledictus chanaan: seruus seruorum erit fratribus suis. **D**ixitq;. **B**enedictus dominus deus sem: sit chanaan seruus eius. **D**ilates deus iaphet et habitet in tabernaculis sem sitq; chanaan seruus eius. **D**ixit autem Noe post diluuium trecentis quinquaginta annis.

et impleti sunt omnes dies eius nōgentorū
quingenta annoꝝ ⁊ mortuus est. **X**

H sunt generatōnes filiorū noe. sem
cham et iaphet. Natiq; sunt eis fi-
lij post diluuiū: filij iaphet: gomer
⁊ magog ⁊ madai ⁊ iauan ⁊ tubal ⁊ Mo-
suech ⁊ thyras. Porro filij gomer: assenezet
riphat ⁊ thogorma. Filij autē iaphan: heli-
sa et tharsis: chetim ⁊ dodanim. Ab his di-
uise sunt insule gentium in regionibus suis.
vnusquisq; sū linguā suā et familias suas
in nationibus suis. Filij autē cham: chus et
mesraim ⁊ puth ⁊ chanaan. Filij autē chus
saba euila et sabatha et regma et sabathaca.
Filij regma: saba ⁊ dadan. Porro chus ge-
nuit nemroth. Ipse cepit esse potens in ter-
ra: et erat robustus venator coram domino.
Ab hoc exiuit puerbiū: quasi nemroth ro-
bustus venator coram dño. Fuit autē princ-
pium regni eius babilon: et arach: et achat
et chalanne: in terra sennaar. De terra illa
egressus est assur ⁊ edificauit ninuen ⁊ pla-
teas ciuitatis ⁊ chale. Refen quoq; inter ni-
niuen ⁊ chale. Hec ē ciuitas magna. At ve-
ro mesraim genuit ludim et ananim et laa-
bim ⁊ neptuim ⁊ pethrusim ⁊ cellnim: de q-
bus egressi sunt philistim ⁊ capturim: cha-
naan autē genuit sydone primogenitū suum
etheum et iebuseū ⁊ amorreū ⁊ gergesuz et
eueū ⁊ aracheū: cyneū ⁊ aradiū: samarithē
⁊ amathē. Et per hos disseminati sunt po-
puli chananeorū. Factiq; sunt termini cha-
naan venientibus a sydone ierarā vsq; ga-
zam: donec ingrediaris sodomā et gomoz-
ram et adamā et seboym vsq; iefa. Hi sunt fi-
lij cham in cognationibus ⁊ linguis ⁊ gene-
rationibus terrisq; ⁊ gētibus suis. De sem
quoq; nati sūt p̄ces omniū filioꝝ heber: fra-
tre iaphet maiore. Filij sem: helam et assur
et arphaxat: lud et arā. Filij arā hus ⁊ hul.
et gether ⁊ mes. At vero arphaxat genuit
sale: de quo ortus est heber. Natiq; sūt he-
ber filij duo. Nomē vni phaleg: eo q; in die-
bus eius diuisa sit terra ⁊ nomē fratris ei⁹
sectan. Qui sectan genuit elmodad ⁊ saleph
⁊ asarmoth: iare et adurā et tazal et deda et
hebal ⁊ abimabel. Saba et iohir et euila et
iobab. Omnes isti filij iectan. Et facta ē ha-
bitatio eorum de messa per gentibus vsq; se-
phar montem orientalem. Isti sunt filij sem
scdm cognatiōes et linguas regionis in gē-
tibus suis. He familie noe iuxta populos ⁊
nationes suas. Ab his diuise sunt gētes in
terra post diluuium. **XI**

Erat autē terra labij vnus ⁊ sermo-
num eorundē. Cūq; profiscerentur
de oriente inuenerunt campum
in terra sennaar ⁊ habitauerūt in eo. Dixit
q; alter ad proximū suū. Venite faciamus
lateres ⁊ coquamus eos igni. Habuerūtq;
lateres pro saxis et bitumē pro cemento: et
dixerūt. Venite faciamus nobis ciuitatem
et turrem cuius culmē pertingat vsq; ad ce-
lum et celebremus nomen nostrū anteq; di-
uidamur in vniuersas terras. Descēdit au-
tem dñs vt videret ciuitatem ⁊ turrem quā
edificabant filij adam ⁊ dixit. Ecce vnus est
populus ⁊ vnū est labiū omnibus. Reperūt-
q; hoc facere: nec desistent a cogitaciōibus
suis donec eas opere cōpleant. Venite igitur
descendamus et confundamus ibi lin-
guā eorū: vt nō audiat vnusquisq; vocē pi-
ximi sui. Atq; ita diuisit eos dñs ex illo lo-
co in vniuersas terras: et cessauerunt edifi-
care ciuitatē. Et idcirco vocatū est nomen
loci illius babel: quī ibi confusum est labi-
um vniuersę terre. Et inde dispersit eos do-
minus super faciēs cunctarū regionum. He
sunt generationes sem. Sem erat centū an-
noꝝ quādo genuit arphaxat: biennio post
diluuium. Vixitq; sem postq; genuit arpha-
xat quingentis annis: ⁊ genuit filios et fili-
as. Porro arphaxat vixit trigintaquinq;
annis et genuit sale. Vixitq; arphaxat post
q; genuit sale trecentis tribus annis: et ge-
nuit filios ⁊ filias. Sale quoq; vixit trigin-
ta annis et genuit heber. Vixitq; sale post-
q; genuit heber quadringentis tribus an-
nis: et genuit filios et filias. Vixit autē he-
ber triginta quattuor annis: et genuit pha-
lech. Et vixit heber postq; genuit phalech
quadringentis triginta annis: et genuit fili-
os et filias. Vixit quoq; phalech triginta
annis et genuit reu. Vixitq; phalech postq;
genuit reu ducētis nouē annis: ⁊ genuit fili-
os ⁊ filias. Vixit autez reu trigintaquinq;
annis ⁊ genuit saruch. Vixit quoq; reu
postq; genuit saruch ducētis septem annis
et genuit filios ⁊ filias. Vixit autem saruch
triginta annis et genuit nachoz. Vixitq; sa-
ruch postq; genuit nachoz ducentis annis
et genuit filios ⁊ filias. Vixit autez nachoz
viginti nouē annis: ⁊ genuit thare. Vixitq;
nachoz postq; genuit thare centum decē et
nouem annis: ⁊ genuit filios ⁊ filias. Vixit
q; thare septuaginta annis: et genuit abra-
et nachoz ⁊ aram. He sunt autē generatōnes
thare. Thare genuit abram: nachoz: ⁊ arā.
Porro aram genuit loth. Mortuusq; est

in
vniuersis

Genesis

aram antethare patrem suum in terra natiuitatis sue in hur chaldeorum. **D**uxerunt autem abram et nachor uxores. **N**omen uxoris abram sarai. **E**t nomen uxoris nachor: melcha filia aram patris melche et patris ische. **E**rat autem sarai sterilis nec habebat filios. **T**ulit itaque thare abram filium suum: et loth filium aram filium filij sui: et sarai nurum suam: uxorem abram filij sui: et eduxit eos de hur chaldeorum ut irent in terram chanaan. **V**eneruntque usque aran: et habitauerunt ibi. **E**t facti sunt dies thare ducetorum quinque annorum: et mortuus est in aran.

XII

Dixit autem dominus ad abram. **E**grede de terra tua: et de cognatione tua: et de domo patris tui: et veni in terram quam monstrauero tibi. **F**aciamque te in gentem magnam: et benedicam tibi: et magnifico nomen tuum: et tu benedictus. **B**enedicam benedicientibus tibi: et maledicam maledicentibus tibi: atque in te benedicentur vniuersae cognationes terre. **E**gressus est itaque abram sicut preceperat ei dominus: et iuit cum eo loth. **S**eptuaginta quinque annorum erat abram cum egrederetur de aran. **T**ulitque sarai uxorem suam: et loth filium fratris sui vniuersamque substantiam quam possederat: et animas quas fecerant in aran: et egressi sunt ut irent in terram chanaan. **C**umque venissent in eam: pertransiuit abram terram usque ad locum sichem: et usque ad conuallem illustram. **C**hananeus autem tunc erat in terra. **A**pparuit autem dominus abram: et dixit ei. **S**emini tuo dabo terram hanc. **Q**ui edificauit ibi altare domino qui apparuerat ei: et inuocauit ibi nomen eius. **E**t inde transgrediens ad montem qui erat contra orientem bethel: tetendit ibi tabernaculum suum: ab occidente habens bethel: et ab oriente hai. **E**dificauit quoque ibi altare domino et inuocauit nomen eius. **P**errexitque abram vadens et ultra progrediens ad meridiem. **F**acta est autem fames in terra. **D**escenditque abram in egyptum ut peregrinaretur ibi. **P**reualuerat enim fames in terra. **C**umque prope esset ut ingrederetur egyptum: dixit sarai uxori sue. **N**oui quod pulchra sis mulier: et quod cum viderit te egyptij: dicturi sunt: uxor illius est: et interficient me: et te reseruabunt. **D**ixit ergo obsecro te quod soror mea sis: ut bene sit mihi propter te et uiuat anima mea ob gratiam tuam. **C**umque ita ingressus esset abram egyptum viderunt egyptij mulierem quod esset pulchra nimis. **E**t nunciauerunt principes pharaoni: et lauda-

uerunt eam apud illum. **E**sublata est mulier in domum pharaonis: abram vero bene visus sunt propter illam. **F**ueruntque ei oues et boues et asini et serui et familie et asine et cameli. **F**lagellauit autem dominus pharaonem plangis maximis: et domum eius propter sarai uxorem abram. **V**ocauitque pharao abram: et dixit ei. **Q**uid nam est hoc quod fecisti mihi? **Q**uare non indicasti mihi quod uxor tua esset? **Q**uam ob causam dixisti esse sororem tuam? **U**t tollerem eam mihi in uxorem. **N**unc igitur ecce coniunx tua: accipe eam et vade. **P**recepitque pharao super abram viris et deduxerunt eum et uxorem eius: et omnia que habebat.

XIII

Ascendit ergo abram de egypto ipse et uxor eius: et omnia que habebat: et loth cum eo ad australem plagam. **E**rat autem diues valde in possessione auri et argenti. **R**euersusque est pariter quo venerat a meridie in bethel: usque ad locum ubi prius fixerat tabernaculum inter bethel et hai: in loco altaris quod fecerat prius: et inuocauit ibi nomen domini. **S**ed et loth qui erat cum abram fuerunt greges ouium et armenta et tabernacula: nec poterat eos capere terra ut habitarent simul. **E**rat quippe substantia eorum multa: et nequibant habitare communiter. **U**nde facta est rixa inter pastores gregum abram et loth. **E**o autem tempore chananeus et pherezeus habitabant in terra illa. **D**ixit ergo abram ad loth. **N**e queso sit iurgium inter me et te: et inter pastores meos et pastores tuos: fratres enim sumus. **E**cce vniuersa terra coram te est: recede a me obsecro. **S**i ad sinistram ieris: ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris: ego ad sinistram pergam. **E**leuatis itaque loth oculis vidit omnem circa regionem iordanis: que vniuersa irrigabatur: antequam subuerteret dominus sodomam et gomoram sicut paradisus domini: et sicut egyptus vniuersis in segor. **E**legit sibi loth regionem circa iordanem: et recessit ab oriente. **V**isusque sunt alterutrum a fratre suo. **A**bram habitauit in terra chanaan. **L**oth vero moratus est in oppidis que erant circa iordanem: et habitauit in sodomis. **H**omines autem sodomitae pessimi erant et peccatores coram domino nimis. **D**ixitque dominus ad abram postquam diuisus est ab eo loth. **R**eua oculos tuos in directum: et vide a loco in quo nunc es ad aquilonem et meri-

diem ⁊ ad orientē ⁊ occidentem. **O**mnem terram quā p̄spicis. tibi dabo ⁊ semini tuo vsq; in sempiternū. faciamq; semē tuū sicut puluerem terre. **S**i quis potest hominūz numerare puluerem terre. **S**emen quoq; tuum numerare poterit. **S**urge ergo et perambula terram in longitudine ⁊ in latitudine sua. q̄a tibi daturus sum eā. **M**ouens igitur tabernaculum suum abram. venit ⁊ habitauit iuxta conuallem mabre que est in hebron. **E**dificauitq; ibi altare dño.

XIII

Factum est autem in illo tempore vt amraphel rex sennaar ⁊ arioch rex ponti ⁊ chodolaomor rex elamitarum ⁊ thadal rex gentium. inirent bellum contra Basa regem sodomorum. et contra bersa regem gomorre. ⁊ cōtra sennaar regem adame. ⁊ contra semeber regem seboym. cōtraq; regem bale ipsa est segor. **O**mnes hī cōuenerunt in uallem siluestre que nūc est mare salis. **D**uodecim em̄ annis seruiērāt chodolaomor ⁊ terciodecimo anno recesserunt ab eo. **I**gitur quartodecimo anno venit chodolaomor ⁊ reges qui erāt cum eo ⁊ percusserunt raphaym in astaroth et carnaim et zin cum eis. et em̄ in sabe cariathai ⁊ chozreos in montibus seyr. vsq; ad campestria pharan. que est in solitudine. **R**euerſiq; sunt ⁊ uenerunt vsq; ad fontem mephat ipsa ē cades ⁊ percusserunt omnē regionē amalechitarū ⁊ ammorceoz qui habitabant in afason thamar. **E**t egressi sunt rex sodomorū et rex gomorre. rexq; adame: ⁊ rex seboym necnon et rex bale que est segor: et duxerunt aciem contra eos in ualle siluestri: scz aduersus chodolaomor regem elamitarum et thadal regē gentium et amraphel regē sennaar et arioch regē ponti: quattuor reges aduersus quinque. **V**allis autē siluestris habebat puteos multos bituminis. **I**taq; rex sodomorum et rex gomorre terga uerterunt: ceciderunq; ibi: et qui remanserant fugerūt ad montē. **T**ulerūt autē omnē substantiā sodomorū et gomorreorum: ⁊ uniuersa que ad cibū pertinent ⁊ abierunt. **N**ecnon ⁊ loth ⁊ substantiā eius: filiusq; fratris abram qui habitabat in sodomis. **E**t ecce vnus q̄ euaserat nunciauit abrā hebreo qui habitabat in conualle mambre amorrei: fratris eschol et fratris aner. **H**i em̄ pepigerant fedus cū abram. **Q**uō cū audisset abram captū vicz loth fratrem suoz: numerauit expeditos uernaculos suos trecentos decem et octo et persecutus est eos vsq; Dan. **E**t diuisis socijs irruit super eos nocte. **P**ercussitq; eos ⁊ persecutus est vsq; soba et pheni-

cen: que est ad leuā damasci. **R**eduxitq; omnem substantiam: ⁊ loth fratrem suū cum substantia illius: mulieres quoq; et populum. **E**gressus est autē rex sodomorū in occursum eius: postq; reuersus est a cede chodolaomor ⁊ regū qui cum eo erāt in ualle sabe: que est uallis regis. **A**t uero melchisedech rex salem: proferens panē ⁊ uinū (erat em̄ sacerdos dei altissimi) benedixit ei et ait. **B**enedictus abram deo excelso qui creauit celū et terrā: et benedictus deus excelsus quo protegente: hostes in manibus tuis sunt. **E**t dedit ei decimas ex omnibus. **D**ixit autē rex sodomorū ad abram. **D**a mihi animas: cetera tolle tibi. **Q**ui respōdit ei. **U**eo manū meā ad dñm deum excelsum possessorem celi ⁊ terre q; a filo sub tegminis vsq; ad corrigiam calige nō accipiā ex omnibus q̄ tua sunt: ne dicas: ego ditauī abrā: exceptis his que comederūt iuuenes. ⁊ p̄ibus uiroz qui uenerūt mecum aner. eschol et mambre. **I**sti accipiet partes suas.

XV

His itaq; transactis. factus est sermo dñi ad abrā per uisionē dicens. **N**oli timere abrā. **E**go p̄tector tuus: et merces tuā magna nimis. **D**ixitq; abrā. **D**omine deus quid dabis mihi? **E**go uadā absq; liberis et filiis procuratoris domus mee iste damascus elyzer. **A**ddiditq; abram: mihi autē nō dedisti semen: et ecce uernaculus meus: heres meus erit. **S**tatimq; sermo domini factus est ad eū dicens. **N**on erit hic heres tuus: sed q̄ egredietur de utero tuo ipm habebis heredē. **E**duxitq; eum foras ⁊ ait illi. **S**uspice celum: ⁊ numera stellas si potes. **E**t dixit ei. **S**ic erit semen tuum. **C**redidit abram deo: et reputatū est illi ad iusticiā. **D**ixitq; ad eū. **E**go dñs q̄ eduxi te de yr chaldeorū: vt darē tibi terrā istam et possideres eam. **A**t ille ait. **D**ñe deus vnde scire possuz q; possessurus sum eā? **E**t r̄ndit dñs. **S**umē inquit mihi yaccā triennē ⁊ capram trimā et arietē annozū triū: turturē quoq; et columbam. **Q**ui tollens uniuersa hec diuisit ea per medium et vtrasq; partes contra se altrincus posuit. **A**ues autē nō diuisit. **D**escenderuntq; uolucres super cadauera et abigebat eas abrā. **C**unq; sol occumberet: sopor irruit super abrā: et horror magnus et tenebrosus inuasit eū. **D**ictumq; est ad eū. **S**cto prenosens q; peregrinum futurū sit semen tuum in terra nō sua: ⁊ subijcient eos seruituti: ⁊ affligent quadringentis annis. **U**erūtamen gentem cui fructuri sunt ego iudicabo: ⁊ post hec egredientur cum magna substantia. **T**u autē

Genesis

ibis ad p̄res tuos in pace sepultus in senectute bona. Generatione aut̄ quarta reuertetur huc. Necdū enim cōplete sunt iniquitates amor̄ reor̄ vsq; ad p̄ns tēpus. Cū ergo occubuisz sol: facta est caligo tenebrosa: et apparuit clibanus fumās: et lāpas ignis trāsiens inter diuisiones illas. In illo die pepigit dñs fedus cū ab̄ā dicēs. Semini tuo dabo terrā: a fluuius egypti: vsq; ad fluuiū magnum eufraten. Lineos et cenezeos: cethmoneos: et etheos et pherefeos: raphaim quoq; et amorreos: cueos et chananeos et gergefeos et iebuseos.

Vocauit itaq; ysaac iacob et benedixit eum: precepitq; ei dicens. **N**oli accipere iugē de genere chanaan: s; vade et p̄ficere in mesopotamiā syrie: ad domū bathuel p̄ris matris tuę accipe tibi inde vxorē de filiabus laban auūculi tui. **D**eus autē omnipotens benedicat tibi: et crescere te faciat atq; multiplicet vt sis in turbas p̄lorum et det tibi benedictōnes abraę et semi tuo post te: vt possideas terrā pegrinationis tue: quā pollicitus ē auo tuo. **C**unq; dimississet eū ysaac p̄fectus puenit in mesopotamiā syrie: ad laban filiū bathuel syri: fratrem rebecca matris sue. **V**idēs autē esau q; benedixisset pater suus iacob: et misisset eum in mesopotamiā syrie: vt inde vxorē duceret: et post benedictiōne p̄cepisset ei dicēs: nō accipies vxorē de filiabus chanaan: quodq; obediens iacob parētibus suis isset in syriā: pbans quoq; q; nō libenter aspiceret filias chanaan p̄ suos: iuit ad hismaelem: et duxit vxorē absq; his quas prius habebat: melech filiā hismael filij abraę sororem nabaioth. **I**git̄ egressus iacob de bethabee: pergebat aran. **C**unq; venisset ad quemdam locum: et vellet in eo requiescere post solis occubitum tulit de lapidibus qui iacebāt et supponēs capiti suo dormiuit in eodē loco. **V**iditq; in somnis scalā stantem sup terrā: et cacumē illius tangēs celū: angelos quoq; dī ascēdētes et descēdētes per eā: et dñm innitū scale dicentē sibi **E**go sum dñs deus abraam patris tui et deus ysaac. **T**errā in qua dormis tibi dabo et semini tuo: eritq; semen tuū quasi puluis terre. **D**ilataberis ad orientē et occidentem et septētrionē et meridiē: et benedicentur in te et in semie tuo cūcte tribus terre. **E**t ero custos tuus q̄cūq; prexeris: et reducā tei terrā hāc nec dimittā nisi cōplevero vniūsa q̄ dixi. **C**unq; euigilasset iacob de somno ait. **V**ere dñs est in loco isto: et ego nesciebā. **D**auēsq; q̄terribilis est inqt̄ locus iste. **N**on est hic aliud nisi domus dei: et porta celi. **S**urgens ergo iacob mane: tulit lapidē quē supposuerat capiti suo: et erexit i titulū fundens oleū desuper. **A**pellauitq; nomen vr̄bis bethel: q̄ p̄us luza vocabat̄. **D**ouit etiā votū dicēs. **S**i fuerit dñs mecum: et custodierit me in via p̄ quā ego ambulo: et dederit mihi panē ad vescendū et vestimentū ad induendū: reuisusq; fuero p̄spere ad domū p̄ris mei: erit mihi dñs i deum et lapis iste quē erexi in titulū: vocabitur domus dei: cūctorūq; que dederis mihi: decimas offeram tibi. **XXIX**

Profectus ergo iacob venit in terram orientālē: et vidit puteū in agro: tres quoq; greges ouium accubātes iuxta eū. **N**am ex illo adaquabant pecora: et os eius grandi lapide claudebat. **Q**uosq; erat vt cūctis ouibus p̄gregatis deuoluerēt lapidē: et refectis gregibus rursum sup os putei ponerēt. **D**ixitq; ad pastores. **F**ratres vñ estis qui rñderūt de aran. **Q**uos interrogās nūquid ait nōstis laban filiū nachor? **D**ixerunt **N**ouimus. **S**anus ne ē inqt̄? **V**alēt inqt̄: et ecce rachel filia eius venit cū grege suo. **V**ixitq; iacob. **A**dhuc multū diei sup̄est: nec est tēpus vt reducant̄ ad caules greges. **D**ate ante potū ouibus et sic eas ad pastū reducite qui rñderūt. **N**ō possumus: donec oīa pecora p̄gregent̄ et amoueamus lapidē de ore putei vt adaquamus greges. **A**dhuc loquebatur et ecce rachel veniebat cū ouibus p̄ris sui. **N**ā grege ip̄a pascebat. **Q**uā cū vidisset iacob et sciret p̄sobrinā suā: ouesq; laban auunculi sui amouit lapidē quo puteus claudebat: et ad aquato grege osculatus est eā. **E**t eleuata voce fleuit: et indicauit ei q; frater esset p̄ris sui: et filius rebecca. **E**t illa festinās nūciauit p̄ri suo. **Q**ut cū audisset venisse iacob filiū sororis sue: occurrit obuiā ei: cōplexusq; eū: et in oscula rñēs: duxit in domū suā. **A**uditis autē causis itineris: rñdit. **O**s meū es et caro mea. **E**t postq; impleti sunt dies mensis vnius dixit ei. **N**ūq; frater meus es: gratis fuit mihi: **D**ic qd mercedis accipias? **H**abebat vō duas filias. **N**omē maioris lya: minor vero appellat̄ rachel. **S**ed lya lipis erat oculis rachel decora facie et venusto aspectu. **Q**uam diligens iacob ait. **S**eruiā tibi p̄ rachel filia tua minore septem annis. **R**ñdit laban. **Q**uius est vt tibi eam dem q̄ alteri viro. **Q**uæ apud me. **S**eruiuit ergo iacob pro rachel septem annis. et videbantur illi pauci dies p̄ amoris magnitudine. **D**ixitq; ad laban. **D**am mihi vxorem meam: quia iam tempus impletū est vt ingrediar ad illam. **Q**ui vocat̄ multis amicorū turbis ad conuiuiū fecit nuptias et vespelyam filiā suā introduxit ad eū: dans ancillam filie zelpham nomine. **A**d quā cum ex more iacob fuisset ingressus: facto mane vidit lya: et dixit ad socerum suū. **Q**uid est qd facere voluisti? **N**onne p̄ rachel seruiui tibi? **Q**uare imposuisti mihi? **R**espondit laban. **N**ō est in loco n̄ro p̄suetudinis vt minore an tradamus ad nuptias. **I**mp̄le hebdomadā diez huius copule: et hāc q; dabo tibi p̄ ope q̄ fuitur es mihi septē annis alijs. **A**cq; euit placito et hebdomada transacta: rachel duxit vxorē. **C**ui pater seruam balam tradi-

*Lya significat rēuē
lignosus, Rūsal
hi dñm corā*

derat. Tandemque potius optat nuptiis amo-
rem sequentis prioris pretulit: Fuit enim apud eum sep-
tem annis alius. Videns autem dominus quod despiceret
lyam, aperuit vulvam eius, sorore sterili perma-
nente. Que conceptum genuit filium: vocavitque no-
men eius ruben dicens. Vidit dominus humilitatem
meam. Nunc amabit me vir meus. Rursumque
conceptit et peperit filium, et ait Quonia vidit me
dominus haberi conceptum: dedit etiam istum mihi. Vo-
cavitque nomen eius symeon. Conceptitque tertio
et genuit alium filium, dixitque. Nunc quoque copu-
labitur mihi maritus meus eo quod peperit ei tres
filios. Et idcirco appellavit nomen eius leui.
Quarto conceptit et peperit filium, et ait. Hodie
prophitebor domino. Et ob hoc vocavit eum iudam.
Cessavitque parere. XXX

Cernens autem rachel quod infecunda esset
invidit sorori sue et ait marito suo: da
mihi liberos: alioquin moriar. Cui ira-
tus respondit iacob. Num pro deo ego sum, qui per-
navit te fructu ventris tui. At illa. Habeo in-
quit famulam balam: ingredere ad illam ut pa-
riat super genua mea et habeam ex illa filios.
Deditque illi balam in coniugium. Que in gressu
ad se viro: conceptit et peperit filium. Dixitque ra-
chel. Iudicavit michi dominus et exaudiuit vocem
meam dans michi filium. Et idcirco appellavit
nomen eius dan. Rursumque bala concipiens
peperit alterum pro quo ait rachel. Comparavit
me dominus cum sorore mea: et invaluisti. Vocavitque
eum neptalim. Sentiens lyam quod parere desisset
zelpham ancillam suam marito tradidit. Qua
post conceptum edere filium dixit. Feliciter. Et
idcirco vocavit nomen eius gad. Peperitque
zelpha alterum. Dixitque lyam. Hoc pro beatitu-
dine mea. Beatam quippe me dicent omnes mu-
lieres. Propterea appellavit eum aser. Egres-
sus autem ruben tempore messis triticee in agrum rep-
erit mandragoras: quas matri sue detulit.
Dixitque rachel. Da michi partem mandra-
goris filij tui, illa respondit. Parum ne tibi
videtur quod preripueris maritum michi nisi etiam
mandragoras filij mei tuleris? Ait Rachel.
Dormiat tecum hac nocte pro mandragora
filij tui. Redeuntque ad vesperam Jacob de-
agro, egressa est in occursum eius lyam, et ait.
Ad me inquit intrabis: quia mercede conduxi
te pro mandragoris filij mei. Dormiitque cum
ea nocte illa, et exaudiuit deus preces eius.
Conceptitque et peperit filium quintum, et ait. De-
dit deus mercedem michi: quia dedi ancillam
meam viro meo. Appellavitque nomen eius
ysachar. Rursum lyam concipiens peperit sextum
filium, et ait. Dedit mihi deus dote bona. Eti-
am hac vice mecum erit maritus meus: eo quod
genuerim ei sex filios. Et idcirco appellavit

nomen eius zabulon. Post quem peperit filiam
noie dinam. Recordatusque est dominus rachelis: ex-
audiuit eam: et aperuit vulvam eius: quae concepit et
peperit filium dicens. Abstulit deus opprobrium
meum. Et vocavit nomen illius ioseph dicens.
Addat mihi dominus filium alterum. Nato autem Jo-
seph dixit iacob socero suo. Dimittite me ut re-
uertar in patriam meam: et ad fratrem meum. Da mihi
uxores et liberos meos pro quibus fui tibi
ut abeam. Tu vero nosti firmitatem qua fui
tibi. Ait illi laban. Inveniam gratiam in con-
spectu tuo. Experimento didici: quod benedixe-
rit mihi deus propter te. Constitue mercedem
tuam quam dem tibi. At illerendit. Tu nosti quod
fuerim tibi: et quanta in manibus meis fue-
rit possessio tua. Hodie cum habuisti antequam ve-
nire ad te: et nunc dives effectus es: benedixit
que tibi deus ad introitum meum. Iustum est igitur
ut aliquid provideam domui mee. Dixitque Laban.
Quid tibi dabo? At ille ait. nihil volo: sed si
feceris quod postulo: iterum pascam et custodiam pe-
cora tua. Syra omnes greges tuos: et separa-
cunctas oves varias et sparso vellere: et quod
cumque fulvum et maculosum variumque fuerit
tam in ovibus quam in capris: erit merces mea.
Rendebitque mihi cras iusticia mea: quoniam placiti-
tatem tempus advenit coram te et omnia que non fuerint
varia et maculosa et fulva tam in ovibus quam in
capris furti me argues. Dixitque laban. Gra-
tiam habeo quod petis. Et separavit in illa die ca-
pras et oves et hircos et arietes varios et ma-
culosos. Cunctum autem gregem unicolorum, id est albi et
nigri velleris tradidit in manu filiorum suorum.
et posuit spacium itineris trium dierum inter se et
generum: quod pascebat reliquos greges eius. Tol-
les igitur iacob viginti populeas virides et amyg-
dalinas et ex platanis: ex parte decorticavit
eas. Detrahitque cortices in his que spoliata fue-
rant cadaver apparuit: illa vero que integra fuerant
viridia permanserunt: atque in hunc modum color ef-
fectus est varius. Posuitque eas in canalibus
ubi effundebatur aqua: ut cum venissent greges
ad bibendum: ante oculos haberent viginti populeas: et in
aspectu earum conciperent. Factumque est ut in ipso ca-
lore coitum oves intuerentur viginti populeas: et parerent
maculosa: et varia et diverso colore respersa. Di-
vulsique gregem iacob: et posuit viginti populeas in canalibus
ante oculos arietum. Erant autem alba et nigra queque
laban: cetera vero iacob: separatis inter se gregi-
bus. Igitur quoniam primo tempore ascendebant oves po-
nebat iacob viginti populeas in canalibus aquarum ante
oculos arietum et ovium: ut in earum preterplatione con-
ciperent. Quoniam vero serotina admittura erat: et con-
ceptum extremum: non ponebat eas. Factaque sunt
ea que erant serotina: laban: et primi que tempore Jacob
ditatusque est homo ultra modum: et habuit greges

exulabilem

affosum

in gressu

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

in hunc modum

Genesis

multos: ancillas et suos: camelos et asinos.

Postquam autem audiuit verba filiorum laban dicentium: tulit Jacob omnia que fuerunt patris nostri: et de illius facultate ditatus. factus est inclitus: adiuuitque faciem laban quod non esset erga se sicut heri: et nondiu tertius: maxime dicente sibi domino: reuere in terram patrum tuorum: ad generationem tuam eroque tecum: misit et vocauit rachel et lyam in agrum ubi pascebat greges: dixitque eis. Video faciem patris vestri quod non sit erga me sicut heri et nudius tertius. Deus autem patris mei fuit mecum. et ipse nostis quod totis viribus meis fuerim patri vestro. Sed et pater vester circumuenit me: et mutauit mercedem meam decem vicibus: et tamen non dimisit eum deus: ut noceret mihi. Si quidem dixit: varie erunt mercedes tue: pariebant omnes oues varios fetus: quoniam vero e contrario ait: alba queque accipies pro mercede: omnes greges alba pepererunt. Tulitque deus substantiam patris vestri et dedit mihi. Postquam enim conceptus omnium temporum aduenerat: leuaui oculos meos: et vidi in somnis ascendentes mares super feminas: varios et maculosos et diuersos colorum. Dixitque angelus domini ad me in somnis Jacob. Etego respondi assum. Qui ait. Leua oculos tuos: et vide vniuersos masculos ascendentes super feminas varios masculos atque resperfos. Vidi enim omnia que fecisti tibi laban. Ego sum deus bethel: ubi vixisti lapide: et votum vouisti mihi. Nunc ergo surge et egredere de terra hac: reuertens in terram nativitatis tue. Responderuntque rachel et lyam. Nunquid habemus residui quecumque in facultatibus et hereditate domus patris nostri? Nonne quasi alienas reputauit nos: et vendidit: comeditque precium nostrum? Sed deus tulit opes patris nostri: et eas tradidit nobis ac filiis nostris. Cum omnia que precepit tibi dominus fac. Surrexit autem iacob et imposuit liberis ac iugibus suis super camelos abiit: tulitque omnes substantiam suam et greges et quecumque in mesopotamia adquisierat: perges ad ysaac patrem suum in terram chanaan. Eo tempore ierat laban ad tondendas oues: et rachel furata est idola patris sui: noluitque iacob profiteri socero suo quod fugeret. Cumque abisset tam ipse quam omnia que iuris sui erant: et amne transmissio pergeret contra montem galaad: nuntiatus est laban die tertio quod fugeret iacob. Qui assumptis fratribus suis: persecutus est eum diebus septem. et comprehedit eum in monte galaad. Viditque in somnis dicente sibi dominum. Cauene quecumque aliter loquar contra iacob. Itaque iacob extederauit in monte tabernaculum. Cumque ille persecutus fuisset eum cum fratribus suis in eodem monte galaad: fixit tentorium. Et dixit ad iacob. Quare ita egisti: ut clam me abigeres filias meas quasi captiuas gladio? Cur ignorate me fugere vo-

luisi: nec indicare mihi ut persequer te cum gattiduo et canticis et tympanis et citharis. Non es passus ut oscularer filios meos et filias meas stulte opatus es. Et nunc quidem valet manus mea reddere tibi malum: sed deus patris tui heri dixit mihi. Cauene loquaris contra iacob quecumque durius esto. Ad tuos ire cupiebas: et desiderio erat tibi domus patris tui. Cur furatus es deos meos. Respondit iacob. Quia inscio te profectus sum: timui ne violenter auferres filias tuas. Quia autem furti me arguis: apud quemcumque inueris deos tuos: necesse coram fratribus nostris. Scrutare: quecumque tuorum apud me inuenieris aufer. Hec dicens ignorabat quod rachel furata esset idola. Ingressus itaque laban tabernaculum iacob et lye et vtriusque famule non inuenit. Cumque intrasset tentorium rachelis: illa festinas abscondit idola subter stramenta cameli et sedit desuper: scrutantibus omne tentorium et nihil inuenienti ait. Miserascat dominus meus quod coram te assurgere nequeo: quia iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi. Sic delusa sollicitudo querentis est. Tumenitque iacob: cum iurgio ait. Quam ob culpam meam et ob quod peccatum meum sic exarsisti post me et scrutatus es omnem suppellectilem meam? Quid inuenisti de cuncta substantia domus tue. Pone hic coram fratribus meis et fratribus tuis: ut iudicent inter me et te. Sed circo viginti annis fui tecum: oues tue et capre steriles non fuerunt: arietes gregis tui non comedi: nec captum a bestia ostendi tibi. Ego danum omnem reddebam. Quicquid furtim peribat a me extigebas die noctuque estu vrgebar et gelu: fugiebatque somnus ab oculis meis. Sicque per viginti annos in domo tua seruiui tibi: quantum decim pro filiabus. et sex pro gregibus tuis. Immutasti quoque mercedem meam decem vicibus. Misit deus patris mei abraham et timor ysaac affuisset mihi: forsitan modo nudum me dimisisses. Afflictionem meam et laborem manuum mearum respexit dominus: et arguit te heri. Respondit ei laban. Filie mee. et filii et greges tui et omnia que cernis mea sunt. Quid possum facere filiis et nepotibus meis? Veni ergo et ineamus fedus: ut sit testimonium inter me et te. Tulit itaque iacob lapidem. et erexit illum in titulum. Dixitque fratribus suis. Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum: comederuntque super eum. Quem vocauit laban tumulum testis: et iacob aceruum testimonij: vterque iuxta proprietatem lingue sue. Dixitque laban. Tumulus iste testis erit inter me et te hodie. Et idcirco appellatum est nomen eius galaad: id est tumulus testis. Et adiecit laban. Intueatur et iudicet dominus inter nos quoniam recesserimus a nobis si afflixeris filias meas: et si introduxeris alias uxores

sup eas. Nullus fimonis nri testis est absq
deo q pns respicit. Dixitq rursus ad iacob.
En tumulus hic r lapis quez crexi: inter me
r te testis erit. Tumulus inq iste r lapis sint
in testimoniu si aut ego transiero illu pergēs
ad te: aut tu pterier malū mibi cogitās. De
us abraā r de nabor iudicet inter nos: de
pns eozū. Jurauit ergo iacob p timorē pns
sui ysaac: imolatisq victimis in monte voca
uit fratres suos vt ederent panē. Qui cū co
medissent manserūt ibi. Laban vō de nocte
purgēs osculatus ē filios r filias suas: r be
nedixit illis: reuersusq est in locum suum.

Iacob aut abijt in itine/ XXXII
re quo ceperat fuerūtq ei obuiā an
geli dei. Quos cū vidisset ait Castra
dei sunt hec. Et appellauit nomen loci illius
manaim. i. castra. Misit aut r nuncios ante
se ad esau fratrem suuz in terra seyr. in regione
edom pcepitq eis dicens: sic loquimini dño
meo esau. Hec dicit frater tuus iacob Apud
laban peregrinatus sum r fui vsq in pntem
diem. Habeo boues r asinos r oues r fuos
r ancillas: mittoq nūc legationē ad dñm me
um vt inueniā gratiā in p̄spectu tuo. Reuer
siq sunt nūcū ad iacob dicētes. Venim⁹ ad
esau fratrem tuū: r ecce pperat in occursum tu
um cū quadringentis viris. Timuit iacob
valde: r perterritus diuisit populū qui secū
erat: greges quoq r oues r boues r came
los in duas turmas dicēs. Si venerit Esau
ad vnā turmā r pcussent eā: alia turma q re
liqua est saluabit. Dixitq iacob. De⁹ pns
mei abraā. r deus pns mei ysaac. dñe q dixi
sti mibi. reuertere in terrā tuā r in locum nati
uitatis tue r benefaciā tibi. minor sum cūctis
miseratiōibus tuis: r veritate tua quā exple
sti suo tuo. In baculo meo trāsui iordanem
istū r nūc cū duab⁹ turmis regredior. Erue
me de manu fratris mei esau: qz valde eum ti
meo: ne forte veniēs pcuciat matrē cum filijs
tu locutus es qz benefacres mibi: r dilata
res semen meū sicut arenā maris q pre multi
tudine numerari nō p̄t. Cūq dormissz ibi no
cte illa. sepauit de his q habebat mīera esau
fatri suo: capras ducentas: hircos viginti.
oues ducētas: r arietes viginti: camelos fe
tascū pullis suis triginta: vaccas quadragi
ta: r tauros viginti: asinas viginti: r pullos
earū decē Et misit p man⁹ fuoz suoz: singu
los seoz: sum greges: dixitq pueris suis. Bñ
cedite me: r sit spaciū inter gregē r gregē. Et
pcepit p̄oz dicēs. Si obuiū habueris frater
meuz esau. r iterrogauerit te. cui⁹ es aut quo
vadis. aut cuius sunt ista q sequer: rñdebis.
Serui tui iacob. Quēra misit dño suo esau

ipse quoq post nos venit. Silit̄ dedit man
data secundo r tertio: r cūctis q sequebatur
greges. dicēs. Hisdez verbis loquimini ad
esau cū inueneritis eum. r addetis. Ipe quo
q seru⁹ tuus iacob. iter nostrū inseqtur. Di
xit em̄ placabo illum muneribus que prece
dunt. r postea videbo illuz. Forsitan ppitia
bitur mibi. Precesserūt itaq munera ate euz
ipse vero mansit nocte illa in castris. Lunq
mature surrexisset tulit duas vxoies suas et
totidem famulas cum vndecim filijs. r trās
iuit vadum iaboth. Traductisq omib⁹ q ad
se pertinebant. mansit solus. r ecce vir lucta
batur cū eo vsq mane. Qui cū videret q cū
superare non posset: tetigit neruū femoris ei⁹
r statim emarcuit. Dixitq ad eum. Dimitte
me. Jam em̄ ascendit aurora. Rñdit. Nō di
mittam te nisi benedixeris mibi. Ait ergo qd
est nomen tibi? Rñdit Jacob. At ille. Neq
q inquit iacob appellabitur nomē tuum: sed
israel. Quoniā si cōtra deū fortis fuisti: quā
tomagis contra homines preualebis. Inter
rogauit eum iacob. Dic mibi quo appellaris
nomine. Rñdit. Cur queris nomē meū qd ē
mirabile? Et benedixit ei in eodem loco. Co
cauitq iacob nomē loci illius phanuel dicēs
Vidi dñm facie ad faciē r salua facta est anīa
mea. Quisq est ei statim sol postq trās gres
sus est phanuel. Ipe vero claudicabat pede
Quā ob causam nō comedūt neruū filij isra
el qui emarcuit in femore iacob vsq in pntez
diē: co q tetigerit neruum femoris eius r ob
stupuerit. XXXIII

Eleuans autem iacob oculos vidit
venientem esau. r euz es quadringē
tos viros. Diuisitq filios iye r Ra
chel ambarūq famularū: r posuit vtrāq an
cillā r liberos earum in principio: iyam vero
r filios eius in secundo loco: rachel aut r io
seph nouissimos. Et ipse progrediens ado
rauit pronus in terram septies: donec appro
pinquaret frater eius. Currens itaq Esau
obuiam fratri suo. amplexatus est eum: strin
gensq collum eius r osculans fleuit: leuatis
qz oculis vidit mulieres r paruulos earū: et
ait. Quid sibi volūt isti. r si ad te pertineant
Rñdit. Paruuli sunt quos donauit mibi de
us seruo tuo. Et appropinquantēs ancille et
filij earū incuruati sunt. Accessit qz iya cū pu
eris suis: r euz silit̄ adorassent: extremi Jo
seph r rachel adorauerūt. Dixitq esau. Que
nā sunt iste turme qz obuiam habui? Rñdit:
Et inuenirē gratiā corā dño meo. At ille ait
Habeo plurima frater mi: sint tua tibi. Dix
itq iacob. Noli ita obsecro: s si inueni grām
in oculis tuis: accipe munusculū de manibus

Genesis

meis Sic enim vidi faciem tuam: quasi viderim vultum dei. Esto mihi propicius et suscipe benedictionem quam attuli tibi: et quam donauit mihi deus tribuens omnia. Vir frater compellente suscipiens ait. Gradiamur simul erogus socius itineris tui. Dixitque Jacob. Posse domine mihi quod paruulos habeam teneros et oues et boues festas mecum: quas si plus in ambulando fecero laborare. morientur vna die cuncti greges: Precedat dominus meus ante seruum suum: et ego sequar paulatim vestigia eius sicut videro paruulos meos posse: donec veniam ad dominum meum in seyr. Respondit esau. Oro te ut de populo qui mecum est: saltem socii remaneant vinctue. Non est inquit necesse: hoc vno tantum indigeo ut inueniam gratiam in conspectu tuo domini mei. Reuersus est itaque illo die esau itinere quo venerat in seyr. Et iacob venit in sochor: vbi edificata domo et fixis tentorijs appellauit nomen loci illius sochor. id est. tabernacula. Transiuitque in salem urbem sichemorum que est terra chanaan. postquam reuersus est de mesopotamia syrie: et habitauit iuxta oppidum. emitque partem agri in qua fixerat tabernacula a filiis emor patris sichem centum agnis et erecto ibi altari: inuocauit super illud fortissimum deum israel.

XXXIII

Eressa est autem dina filia Leue ut videtur mulieres regionis illius. Quam cum vidisset sichem filius emor euei principis terre illius: adamauit eam et rapuit: et dormiuit cum illa: vi opprimens virginem. Et cognata est aia eius cum ea tristisque delinuit blanditijs et pergens ad emor patrem suum. accipe inquit mihi puellam hanc coniugem. Quod cum audisset iacob absentibus filiis et in pastu pecorum occulpatis: siluit donec rediret. Egresso autem emor patre sichem ut loqueretur ad iacob: ecce filij eius veniebant de agro: auditoque quod acciderat irati sunt valde. eo quod sedam rem operatus esset in israel: et violata filia iacob re illicita perpetrasset. Locutus est itaque emor ad eos. Sichem filij mei adhesit aia filie vestre. Date eam illi uxorem et iungam vicissim conubia. Filias vestras tradite nobis. et filias nostras accipite et habitate nobiscum. Terra in potestate vestra est exercete: negociamini et possidete eam. Sed et sichem ad patrem et ad fratres eius ait. Inueniam gratiam coram vobis et quecumque statueritis dabo. Augete dotem et munera postulate. et libenter tribuam quod petieritis: tamen date mihi puellam hanc uxorem. Ruderunt filij iacob: sichem et patri eius in dolo: seuietes ob stuprum sororis. Non possumus facere quod petitis. nec dare sororem nostram homini in circumciso. quod illicitum et nefarium est apud nos. Sed in hoc vale-

binus federari. Si volueritis esse similes nostri et circumcidatur in vobis omnis masculini sexus tunc dabimus et accipiamus mutuo filias vestras acinas et habitabimus vobiscum: erimusque vnus populus. Si autem circumcidi nolueritis: tollemus filiam nostram et recedemus. Placuit oblatio eorum emor et sichem filio eius: nec distulit adolescens quando statim quod petebat expleret. Amabat enim puellam valde. et erat inelyt in ioseph domo patris sui. Ingressique portam urbis locuti sunt ad populum. Viri isti pacifici sunt. et volunt habitare nobiscum. Negocietur in terra et exerceant eam: quam spaciose et late cultoribus indiget. Filias eorum accipiamus uxores: et inas illis dabimus: Tamen est quod differunt tamen bonorum. Si circumcidamus masculos nostros ritum gentis imitantes et sicut eorum et pecora et cuncta que possident nostra erunt. Tantum in hoc acquiescamus: et habitantes sua vnum efficiamus populum. Assensique sunt omnes: circumcisus cum ceteris maribus. Et ecce die tertio quam grauissimus vulnerum dolor est. arreptis duo filij Jacob. symeon et leui fratres dine. gladijs ingressi sunt urbem perfidens: interfecisque omnibus masculis emor et sichem pater necauerunt: tollentes dinamque de domo sichem sororem suam. Quibus egressis irruerunt super occisos ceteri filij iacob: et depopulati sunt urbem in ultionem stupri: oues eorum et armenta et asinos. cunctaque vastitates que in domibus et in agris erant: paruulosque eorum et uxores duxerunt captiuas. Quibus perpetratis audaciter iacob dixit ad symeon et leui. Turbastis me, et odiosum fecistis me chanaanis et pherezis / israhelitaribus: et huiusmodi. Nos pauci sumus: illi congregati percutiet me: et delebor ego et domus mea. Ruderunt. Numquid ut scorto abuti debeat sorore nostra?

XXXV

Interea locutus est deus ad Jacob. Surge et ascende in bethel et habitate ibi: facque altare domino qui apparuit tibi quando fugiebas esau fratrem tuum. Jacob vero puocata omni domo sua ait. Eijcite deos alienos qui in medio vestri sunt et munda mini: ac mutate vestimenta vestra. Surgite et ascendamus in bethel: ut faciamus ibi altare domino qui exaudiuit me in die tribulationis mee: et socius fuit itineris mei. Bederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant et in aureas que erant in auribus eorum. Et ille infudit eas subter terebinthum: que est post urbem sichem. Cumque perfecti essent: terror dei inuasit omnes per circuitum ciuitatis: et non sunt ausi prosequi recedentes. Venit igitur iacob luzam que est in terra chanaan cognomento bethel: ipse et omnis populus cum eo. Edificauitque ibi altare et appellauit nomen loci illius domus dei. Ibi enim apparuit ei deus cum fugeret fratrem suum.

Eodē tpe mortua est delbora nutrix rebecca
 ⁊ sepulta est ad radices bethel subter quercū
 vocatū qz est nomē loci illius quercus fletus
 Apparuit autē iterū deus iacob post q̄ reuer
 sus ē de mesopotamia syrie ⁊ venit in bethel
 bñdixitqz ei dicens. Nō vocaberī vltra iacob
 s̄ israel erit nomē tuū. Et appellauit eū isra
 el. Dixitqz ei. Ego deus om̄ipotēs Cresce ⁊
 multiplicare: gētes ⁊ populi nationum ex te
 erūt. Reges de lūbis tuis egrediētur: terrā
 qz quā dedi abraā ⁊ ysaac: dabo tibi ⁊ semini
 tuo post te. Et recessit ab eo. Ille vero erexit
 titulum lapideū: in loco quo locutus fuerat
 ei deus: libans super eū libania: ⁊ effundēs
 oleū vocansqz nomē loci illius bethel. Egres
 sus autē inde: venit verno tpe ad terram que
 ducit esratam. In qua cuz parturiret rachel
 ob difficultatē partus periclitari cepit. Si
 xitqz ei obstetrix. Noli timere: qz ⁊ hunc ha
 bebis filiū. Egrediente autē anētia pre dolo
 re ⁊ imminente iam morte: vocauit nomē filij
 sui bēnoni. i. filius doloris mei. Pater vero
 appellauit eum beniamin. id est filius dextre.
 Mortua est ergo rachel ⁊ sepulta est in via
 que ducit esratam: hec est bethleem. Erexit
 qz iacob titulum super sepulchrū eius. Hic ē
 titulus monumenti rachel vsqz in presentem
 diē. Egressus inde fixit tabernaculum trans
 turrem gregis. Cūqz habitaret in illa regio
 ne: abiit ruben ⁊ dormiuit cū bala concubina
 patris sui. Nō illū minime latuit. Erāt au
 tem filij iacob duodecim. Filie lye primoge
 nitus ruben: ⁊ symcō. ⁊ leui. iudas ⁊ ysach
 ar ⁊ zabulon. Filij rachel ioseph et beniamin
 Filij bale ancille rachelis. Dan ⁊ neptalim.
 Filij zelphe ancille lye: gad ⁊ aser. Hi sūt filij
 iacob: q̄ nati sūt ei i mesopotamia syrie. Vēit
 etiā ad ysaac patrē suū i mābre ciuitatē arbee
 hec est hebrō in q̄ pegrinat⁹ ē abraā ⁊ ysaac.
 Et cōpleti sūt dies ysaac cētū octoginta āno
 rum: consumptusqz etate mortuus est: et ap
 positus est populo suo senex ⁊ plenus dierū
 ⁊ sepelierunt eū Esau ⁊ iacob filij sui.

H E autem sunt gene/ XXXVI
 rationes Esau. ipse est edom. Esau
 accepit vxores de filiabus chanaan.
 ada filiā edom ethei: ⁊ oolibama filiam ancil
 lē sebeoneuei. Basemath quoqz filiā hisma
 el sororem naboioth. Peperit autem ada eli
 phaz. Basemath genuit rahuel. Oolibama
 genuit iehus ⁊ ihelon ⁊ chore. Hi filij Esau:
 qui nati sunt ei in terra chanaan. Tulit autē
 esau vxores suas ⁊ filios ⁊ filias ⁊ omnē ani
 mā domus sue ⁊ substantiā ⁊ pecora ⁊ cūcta
 que habere poterat in terra chanaan: ⁊ abiit
 in alterā regionē: recessitqz a fratre suo iacob

Diuites em̄ erāt valde ⁊ simul habitare non
 poterant nec sustinebat eos terra peregrina
 tionis eorum pre multitudīne gregum. Ha
 bitauitqz Esau in monte seyr: ipse est edom.
 He autē sunt generatiōes Esau patris edom
 in monte seyr: ⁊ hec nomina filiorū eius. Eli
 phaz filius ada: vxoris esau. Rahuel quoqz
 filius basemath vxoris eius. Fueruntqz eli
 phaz filij: theman: omar. Sephua: ⁊ gathan
 ⁊ cenez: ⁊ chore. Erat autē thamna concubi
 na eliphaz filij esau: que peperit ei amalech.
 Hi sunt filij ada vxoris esau. Filij autem ra
 huel: naath ⁊ zara. femma ⁊ meza. Hi filij ba
 semath vxoris esau. Isti quoqz erāt filij ooli
 bama filie. Ane filij sebeon vxoris esau. quos
 genuit ei. iehus ⁊ ihelon ⁊ chore. Hi duces
 filioꝝ esau. Filij eliphaz p̄mogeniti esau dux
 theman: dux omar: dux sephua: dux cenez.
 dux chore. dux gathan. dux amelech. Hi fi
 lij eliphaz in terra edom. ⁊ filij ada. Hi q̄ ra
 huel filij esau. Dux naath. dux zara. dux fem
 ma. dux meza. Hi autem duces Rahuel: in
 terra edom. Isti filij basemath vxoris Esau.
 Hi autē filij oolibama vxorē esau. Dux iehus
 dux ihelon. dux chore. Hi duces oolibama
 filie ane vxoris esau. Isti sunt filij esau. et hi
 duces eoz ipse est edom. Isti sunt filij Seyr
 horrei habitatoris terre: lotha ⁊ sobal: ⁊ se
 beon ⁊ anan ⁊ dison ⁊ eser ⁊ disan. Hi duces
 horrei filij seyr: in terra edom. Facti sunt au
 tem filij lothan horrei ⁊ eman. Erat autē so
 roz lothan thāna. Et isti filij sobal: alubam ⁊
 maneeth ⁊ ebal sephi ⁊ onan. Et hi filij sebe
 on: achia ⁊ anan. Iste est anan q̄ inuenit aq̄s
 calidas in solitudine: cū pasceret asinas sebe
 on patris sui. Habuitqz filiū disan ⁊ filiā oo
 libama. Et isti filij disan: abday ⁊ iesbam ⁊ ie
 thā ⁊ charan. Hi quoqz filij eser: balaannan
 ⁊ zeuan ⁊ achan. Habuit autem filios disan.
 hus ⁊ aran. Hi duces horreozū: dux lothan
 dux sobal: dux sebeon: dux ana: dux dison.
 dux eser: dux disan. Isti duces horreozum
 qui imperauerunt in terra seyr. Reges autē
 qui regnauerunt in terra edom. ante q̄ habe
 rent regem filij israel. fuerunt hi. Balach fili
 us beoz: nomenqz vr̄bis eius denaba. Mort
 uus est autē balach: ⁊ regnauit pro eo iobab
 filius zare de bosra. Cūqz mortuus esset io
 bab: regnauit pro eo husan de terra thema
 noꝝ. Hoc q̄ mortuo regnauit p̄ eo adad fi
 lius badadi qui pcussit madian i regiōe mo
 ab: ⁊ nomē vr̄bis ei⁹ auith. Cūqz mortu⁹ esset
 adad: regnauit pro eo semla de maserecha.
 Hoc q̄ mortuo regnauit pro eo Saul de flu
 uio rooboth. Cūqz ⁊ hic obisset: successit in
 regnum balanan filius achoboz. Isto quoqz

Genesis

mortuo: regit pro eo adad: nomenque urbis eius phou. Et appellabat uxor eius meezebel filia matreth: filie mizaab. Nec ergo nomina ducum esau in cognationibus et locis et uocabulis suis: dux thanna: dux aluba: dux Jetheth: dux oolibama: dux ela: dux phinon: dux ce nez: dux theman: dux mabsar: dux mabdi hel: dux hira. Hi duces edom habitantes in terra imperij sui: ipse est esau pater idumeorum. Habitauit autem iacob in terra chanaa: in qua pater suus peregrinatus est: et he sunt generationes eius.

XXXVII

Ioseph cum sedecim esset annorum: pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer. Et erat cum filiis bala et zelphe uxorum patris sui: accusauitque fratres suos apud patrem crimine pessimo. Israel autem diligebat ioseph super omnes filios: eo quod in senectute genuisset eum. Fecitque ei tunicam polymitam. Adhuc autem fratres eius quod a patre plus cunctis filiis amaret oderunt eum: nec poterant ei quicquam pacifice loqui. Accidit quoque ut visum somnium referret fratribus suis quod causa maioris odij seminarium fuit. Dixitque ioseph fratribus suis Audi te somnium meum quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro: et quasi consergere manipulum meum et stare: vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Rident fratres eius. Nunquid rex noster eris? aut subicimur ditioni tue? Hec ergo causa somniorum atque simonum inuidie et odij fomitem ministravit. Aliud quoque vidit somnium quod narrans fratribus ait. Vidi quod somnium quasi solem et lunam et stellas undecim adorare me. Quod cum patri suo et fratribus retulisset increpauit eum pater suus et dixit. Quid tibi uult hoc somnium quod uisisti? Num ego et mater tua et fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebant ei igitur fratres sui: pater uero rem tacitus considerabat. Cumque fratres illius in pascuis gregibus patris morarentur in sicheem: dixit ad eum israel. Fratres tui pascunt oues in sicheem: ueni mita te ad eos. Quo respondente. pisco sum. ait. Uade et uide si cuncta prospera sint erga fratres tuos et pecora: et renuncia mihi quod agas. missus de valle hebron uenit in sicheem Inuenitque eum uir errantem in agro et interrogauit quod quereret. At ille respondit. Fratres meos quero. Indica mihi: ubi pascunt greges. Dixitque ei uir. Recesserunt de loco isto. Audiuimus autem eos dicentes. Eamus in dothaim. Perrexit itaque ioseph post fratres suos et inuenit eos in dothaim. Qui cum uisissent eum perculerunt: animum accederet ad eos cogitauerunt illum occidere: et mutuo loquuntur. Ecce somniator uenit. Venite occidamus eum et mittamus in cisternam ueterem: dicemusque

fera pessima deuorauit eum: et tunc apparebit quod illi prorsus somnia sua. Audies autem hec ruben: nitentem liberare eum de manibus eorum: et dicebat. Non interficiamus animam eius: nec effundamus sanguinem: sed percute eum in cisternam ueterem que est in solitudine manusque uestras suate innocuas. Hoc autem dicebat uolens eripere eum de manibus eorum: et reddere patri suo. Confestim igitur ut uenit ad fratres suos: nudauerunt eum tunicam talari et polymitam: miseruntque eum in cisternam ueterem que non habebat aquam. Et sedentes ut comederent panem uiderunt hismaelitas viatores uenire de galaad. et camelos eorum portantes aromata et resinam et stactem in egyptum. Dixit ergo iudas fratribus suis. Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum: et celauerimus sanguinem ipsius? Obeli est ut ueniret hismaelitis: et manus nostre non polluantur. Fratrem enim et carum nostrum est. Ac que erit fratres simonibus illi? et perirentibus madianitis negociatoribus extrahentes eum de cisterna uiderunt eum hismaelitis uiginti argenteis que duxerunt eum in egyptum. Reuersusque ruben ad cisternam non inuenit puerum: et scissis uestibus pergens ad fratres suos ait. Puer non comperit: et ego que ibo. Tulerunt autem tunicam eius: et in sanguinem hedi que occiderat tinxerunt: mittentes que ferret ad patrem: et dicerent. Hanc inuenimus uide uestrum tunicam filij tui sit an non. Quam cum cognouisset pater ait. Tunica filij mei est. Fera pessima comedit eum: bestia deuorauit ioseph. Scissisque uestibus: indutus est cilicio: lugens filium suum multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius ut leniret dolorem patris: noluit consolationem accipere: sed ait. Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perferente in fletu: madianite uendiderunt ioseph in egypto: phurifari eunucho pharaonis magistro militum.

XXXVIII

Eodem tempore descendens iudas a fratribus suis: diuertit ad uirum odolamiten nomine hiram: uiditque ibi filiam hominis chanaei uocabulo sue. Et accepta uxore ingressus est ad eam. Que concepit et peperit filium: et uocauit nomen eius her. Rursumque concepto fetu natum filium uocauit onan. Tertium quoque peperit quem appellauit sela. Quo nato: parere ultra cessauit. Dedit autem iudas uxorem primogenito suo her. nomine thamar. Fuit quoque her primogenitus iude: nequam in conspectu domini: et ideo ab eo occisus est. Dixit ergo iudas ad onan filium suum. Ingredere ad uxorem fratris tui et sociare illi ut suscites semen fratri tuo. Ille sciens non nasci sibi filios introiens ad uxorem fratris sui: semen fundebat in terram: ne liberi fratris nomine

Continuatio huius
cap: 39.

nascerent. Et idcirco percussit eum dominus: eo quod
re detestabilem faceret. Quamobrem dixit iu-
das thamar nurui sue. Esto vidua in domo
patris tui: donec crescat sela filius meus. Time-
bat enim ne et ipse moreretur sicut fratres eius.
Que abiit et habitavit in domo patris sui. Quo-
litis autem multis annis: mortua est. Sue uxor
iude. Qui post luctum solatioe suscepta ascen-
debat ad tonsoras ouium suarum ipse et hiras
opilio gregis odolamita in thanas. Punci-
atque est thamar quod socr illius ascenderet in
thanas: ad tondendas oues. Que depositis
viduitatis vestibus: assumpsit teristrum: et mu-
tato habitu sedi in biuio itineris quod ducit thana-
nam: eo quod creuisset sela et non eum accepisset ma-
ritum. Qua cum vidisset iudas: suspicatus est esse
meretricem. Operuerat enim vultum suum ne agnos-
ceret. Ingrediventibus ad eam: ait. Dimitte me
ut coeam tecum. Nesciebat enim quod nurus sua es-
set. Qua respondente: quid dabis mihi ut fruaris
concubitu meo: dixit. Mittam tibi hedum de gre-
gibus. Rursumque illa dicente: patiar quod vis.
si dederi mihi arrabonem donec mittas quod
polliceris. ait iudas. Quid tibi vis pro arra-
bone dari? Respondit. Annulum tuum et armillam et
baculum quem in manu tenes. Ad unum igitur coi-
tum mulier percipit: et surgens abiit: depositoque
habitu quem sumpserat: induta est viduitatis
vestibus. Misit autem iudas hedum per pastores
suum odolamitam ut recipet pignus quod dederat
mulieri. Qui cum non inuenisset eam: interroga-
uit homines loci illius. Ubi est mulier que sedebat
in biuio? Respondentibus cunctis non fuit in lo-
co isto meretrix. reuersus est ad iudam: et dixit
ei. Non inueni eam. Sed et homines loci illius dixe-
runt mihi: nunquam sedisse ibi scortum. Ait iudas
habeat sibi. Certe mediantium arguere nos non
potest. Ego misi hedum quem pmiseram: et tu non in-
uenisti eam. Ecce autem post tres menses nuncia-
uerunt iude dicentes. Fornicata est thamar nu-
rus tua. et videtur uterus illius intumescere.
Dixitque iudas. Producite eam ut comburam.
Que cum duceret ad penam: misit ad socrum suam
dicens. De viro cuius hec sunt concepti. Co-
gnosce cuius sit annulus et armilla et baculus.
Qui agnitis muneribus ait. Iustior me est: quia
non tradidi eam sela filio meo. Attamen ultra non
cognouit eam. Instante autem partu: apparuerunt
gemini in utero: atque in ipsa effusione infantium
unus protulit manum: in qua obstetrix liga-
uit coccinum dicens. Iste egredietur prior. Illo ve-
ro retrahente manum: egressus est alter. Dixit-
que mulier. Quare diuisa est propter te maceria.
Et ob hanc causam vocauit nomen eius phares.
Postea egressus est frater eius in cuius ma-
nu erat coccinum quem appellauit zaram.

Igitur ioseph ductus est XXXIX
in egyptum: emitque eum phutifar eunu-
chus pharaonis princeps exercitus sui
vir egyptius de manu hismaclitarum: a quibus
perductus erat. Fuitque dominus cum eo: et erat vir
in cunctis prospere agens. Habitauitque in domo
domini: qui optime nouerat dominum esse cum eo: et
omnia que gereret ab eo dirigi in manu illius. In-
uenitque ioseph gratiam coram domino suo: et misit
bat ei. A quo prepositus omnibus gubernabat
creditam sibi domum: et uniuersa que ei tradita
fuerant. Benedixitque dominus domui egypti pro-
pter ioseph: et multiplicauit eam in edibus que in
agris cunctam eius substantiam. Nec quicquam aliud
nouerat: nisi panem quo uesceretur. Erat autem
ioseph pulchra facie et decoro aspectu. Post
multos itaque dies: iniicit domina sua oculos suos
in ioseph et ait. Dormi mecum. Qui nequam
quam acquiescens operi nefario: dixit ad eam. Ecce
dominus meus omnibus mihi traditis: ignorat quid
habeat in domo sua: nec quicquam est quod non in
mea sit potestate: vel non tradiderit mihi pro-
ter te que uxor eius es. Quomodo ergo possum hoc
malum facere: et peccare in dominum meum? Huiusce-
modi uerbis per singulos dies loquebantur
et mulier molesta erat adolescenti: et ille recu-
sabat stuprum. Accidit autem quadam die ut intra-
ret ioseph domum: et opis quippiam absque arbi-
tris faceret: et illa apprehensa lacinia vesti-
menti eius diceret. Dormi mecum. Qui relicto
in manu eius pallio fugit: et egressus est foras.
Cumque uidisset mulier uestem in manibus suis:
et se esse perceptam: uocauit ad se homines domus
sue et ait ad eos. En introduxit uirum hebreum
ut illuderet nobis. Ingressus est ad me ut co-
fret mecum. Cumque ego succlamassem et audis-
set uocem meam reliquit pallium quod tenebam: et fu-
git foras. In argumentum ergo fidei retentum
pallium ostendit marito reuertenti domum: et
ait. Ingressus est ad me seruus hebreus quem
adduxisti ut illuderet mihi. Cumque audisset
me clamare reliquit pallium quod tenebam et fugit
foras. His auditis dominus et nimium credulus uer-
bis coniugis iratus est ualde tradiditque ioseph
in carcerem ubi uincti regis custodiebantur
et erat ibi clausus. Fuit autem dominus cum ioseph et
misertus est illius: et dedit ei gratiam in conspe-
ctu principis carceris. Qui tradidit in manu
illius uniuersos uinctos qui in custodia te-
nebantur: et quicquid fiebat sub ipso erat: nec noue-
rat aliquid cunctis eis creditis. Dominus enim erat cum
illo: et omnia opera eius dirigebat. XL

His itaque gestis accidit ut peccarent
duo eunuchi: pincerna regis egypti
et pistos domino suo. Gratuitus contra eos
pharaonem alter pincernis preerat: alii pistos

ribus: misit eos in carcerē principis militum in quo erat vincitū et ioseph. At custos carceris tradidit eos ioseph: qui ministrabat eis. Aliquantulū tēpō fluxerat: et illi in custodia tenebant. Videruntq; ambo somnium nocte vna: iuxta interpretationē cōgruam sibi. Ad quos cū introisset ioseph mane: et vidisset eos tristes: sciscitatus est dicens. Cur tristior est hodie solito facies v̄ra. Qui r̄nderūt. Sōnium vidimus: et nō est q̄ interpretet nob. Dixitq; ad eos ioseph. Nunquid nō dei est interpretatio: Referte mihi qd videritis. Narravit por̄ prepositus pincernarū somniū suū. Videbā corā me vitē in qua erāt tres ppaginee crescere paulatim in gemmas: et post flores vuas maturescē calicēq; pharaonis in manu mea. Tuli ergo vuas et expressi in calicē quē tenebā: et tradidi poculū pharaoni. Respondit ioseph. Hec ē interpretatio somniū. Tres ppaginee. tres adhuc dies sunt: post q̄s recordabit pharao ministerij tui: et restituet te in gradū pristinū: dabitq; ei calicē iuxta officii tuū sicut ante facere cōsueueras. Tantū mento mei cū tibi bene fuerit: et facies mecum misericōdiam vt suggeras pharaoni vt educat me de isto carcerē: q; furtim sblatus sum de terra hebreoz: et hic innocēs in lacū missus sum. Videns pistoz mgr̄ q; prudenter somniū dissoluisset. ait. Et ego vidi somniū q; tria canistra farine haberē sup caput meum: et in vno canistro qd̄ erat excelsius portare me putabā oēs cibos q̄ sūt arte pistozia: auēsq; comedere ex eo. R̄ndit ioseph. Hec est interpretatio somniū. Tria canistra: tres adhuc dies sunt post quos auferet pharao caput tuuz: ac suspendet te in cruce et lacerabūt volucres carnes tuas. Exinde dies tertius natalitius pharaonis erat. Qui faciēs grāde p̄suiū pueris suis recordatus est inter epulas mgr̄ pincernarū et pistozū p̄ncipis restituitq; alterū in locū suū vt porrigeret ei poculū: alterū suspendit in patibulo: vt cōiectoris veritas p̄baretur. Et tñ succedētibus p̄speris: prepositus pincernarū oblitus ē interpretis sui.

Post duos annos vidit pharao somniū. Putabat se stare sup fluuiū: de quo ascendebāt septē boues pulchre et crasse nimis et pascebātur in locis palustribus. Alie quoq; septē emergebāt de flumine sede p̄fecteque macie: et pascebātur in ipsa amnis ripa in locis virētibus: deuoraueruntq; eas q̄rū mira species et habitudo corporum erat. Expergefactus pharao rursus dormiuit: et vidit alterū somniū. Septē spice pullulabant in culmo vno plene atq; formose: alie quoq; totidem spice tenues: et p̄cille vrede

oriebant: deuorātes omnē priorū pulchritudinē. Vigilās pharao post q̄tē: et facto mane pauore p̄territus: misit ad oēs cōiectores egypti cūctosq; sapientes: et accersitis: narrauit somniū: nec erat q̄ interpretaret. Tunc demū reminiscēs mgr̄ pincernarū ait. Confiteor peccatū meū. Irat rex suis suis me et magistrū pistozū retrudi iussit in carcerē p̄ncipis militū: vbi vna nocte vterq; vidimus somnium p̄sagū futurorū. Erat ibi puer hebreus eiusdē ducis militum famulus cui narrantes somnia: audiui q̄cqd̄ postea rei probauit euētus. Ego em̄ redditus sum officio meo: et ille suspēsus est in cruce. Protinus ad regis imperiū eductū de carcerē ioseph totonderunt ac veste mutata obtulerūt ei. Cui ille ait. Vidi somnia nec ē q̄ edisserat: que audiui te sapientissime conijcere. R̄ndit ioseph. Absq; me deo respondebit p̄spera pharaoni. Narravit ergo pharao q̄ viderat. Putabā me stare super ripā fluminis: et septē boues de amne conscedere pulchras nimis et obesitas carnibus: q̄ in pastu paludis virecta carpebant. Et ecce has seq̄bant alie septem boues in tñ defores et macilēte vt nūq; tales in terra egypti viderim. Que deuoratis et p̄sumptis porib; nullū saturitatis dedere vestigium: sed similitudine et squalore torpebāt. Vigilās: rursus sopore depressus: vidi somniū. Septem spice pullulabāt in culmo vno plene atq; pulcherrime. Alie q̄q; septē tenues et p̄cille vredeoriebāt et stipula q̄ porū pulchritudinē deuorauerūt. Narravi cōiectoribus somniū: et nemo est q̄ edisserat. R̄ndit ioseph. Somnium regis vniū est. Que facturus est deus ostēdit pharaoni. Septē boues pulchre et septē spice plene septē vbertatis anni sunt: eādēq; vim somniū cōprehendūt. Septē q̄q; boues tenues atq; macilente q̄ ascenderūt post eas. et septē spice tenues et v̄eto vrede p̄cille: septē anni v̄eture sunt famis: q̄ hoc ordine complebūtur. Ecce septē anni veniēt fertilitatis magne in vniuersa terra egypti quos sequentur septē anni alij tate sterilitatis: vt obliuioni tradat cūcta retro abūdātia. Consumptura est em̄ fames oēm terrā: et vbertatis magnitudinē p̄ditura est inopie magnitudo. Quāt vidisti secūdo ad eandē rē pertinens somniū firmitatis indicium est eo q; fiat v̄mo dei et v̄locius impleat. Nūc ergo prouideat rex vix sapientē et industriū et p̄ficiat eū terre egypti q̄ cōstituat p̄positos p̄ cunctas regiones. et q̄ntā partē fructuū: p̄ septē annos fertilitatis q̄ iā nūc futuri sunt: cōgreget in horrea: et oē frumētū s̄b pharaonis p̄tate p̄dat. Fueturq; in vrbibus et p̄paretur future septē annoz

fami que oppressura est egyptū: et non psumetur terra inopia. Placuit pharaoni p silium et cunctis ministris eius Locutusq; est ad eos. **N**ū inuenire poterim? talem virū qui spiritu dei plenus sit. Dixit ergo ad ioseph. **Q**uod ostēdit tibi deus omnia q̄ locutus es: nunquā sapiētiore et p̄similē tui inuenire poterō? Tu eris sup domū meā: et ad tui oris imperiū cūctus populus obediet. **U**no tñ regni solio pcedāte. Dixitq; rursum pharao ad ioseph. **E**cce pstitui te sup vniūsam terrā egypti. Tulitq; annulū de manu sua et dedit eū in manu eius vestiuitq; eū stola byssina: collo torquē auream circūposuit. **F**ecitq; eū ascendere sup currū suū scdm clamāte preconē: vt oēs corā eo genuflecterent: et p̄positū esse scirent vniūse terre egypti. Dixit quoq; rex egypti ad ioseph. **E**go sum pharao. Absq; tuo imperio nō mouebit quisq; manū aut pedē in oī terra egypti. **V**ertitq; nomē eius: et vocauit eū lingua egyptiaca saluatore mundī. **P**editq; illi vxorē assenez filiā phutifaris sacerdotis eliopoleos. **E**gressus ē itaq; ioseph ad terrā egypti. **T**riginta annorū erat qñ stetit in conspectu regis pharaonis et circūiuit oēs regiōes egypti. **V**enitq; fertilitas septē annorū: et in manipulos redacte segetes cōgregate sunt in horrea egypti. **O**mnis etiā frugū abūdantia in singulis yrbibus cōdita est. **T**antaq; fuit abūdantia tritici: vt arene maris coequaret et copia mensurā excederet. **N**atiq; sunt ioseph filij duo anteq; veniret fames quos peperit ei assenez filia phutifaris sacerdotis eliopoleos. **V**ocauitq; nomē primogeniti manasses dicēs. **O**bliuisci me fecit deus oīm laborū meorū: et domū p̄ris mei. **N**omē q̄ secūdi apellauit effraim dicēs. **C**rescere me fecit deus in terra paupertatis mee. **I**git trāfactis septē vbertatis annis q̄ fuerāt in egypto: ceperunt venire septē anni inopie: quos predixerat ioseph: et in vniuerso orbe fames p̄ualluit. **I**n cuncta etiā terra egypti fames erat. **Q**ua esuriēte clamauit populus ad pharaonē: alimēta petens. **Q**uibus illerūdīt. **I**te ad ioseph: et quicquid ipse vobis dixerit: facite. **C**rescebat autē quotidie fames in oī fra. aperuitq; ioseph vniūsa horrea et vendebat egyptijs. **N**ā et illos oppresserat fames. **O**mnescq; puincie veniebāt in egyptū vt emerēt escas: et malū inopietēperarent. **XLII**

Adiēs autē iacob q̄ alimēta vēderetur in egypto dixit filijs suis. **Q**uare negligitis? **A**udiui q̄ triticū venūdetur in egypto. **D**escēdite et emite nob necessaria: vt possimus viuere: et nō psumamur inopia. **D**escēdentes igit fratres ioseph decem

vt emerēt frumenta in egypto: beniamin domi retēto a iacob q̄ dixerat fratribus eius ne forte in itinere quicq; patiatur mali: ingressi sunt terrā egypti cū alijs q̄ pergebāt ad emē / dū. **E**rat autē fames in terra chanaan. et ioseph erat p̄nceps in terra egypti: atq; ad eius nutū frumēta populis vēdebant. **C**ūq; adorassent eū fratres sui et agnouisset eos q̄si ad alienos durius loq̄batur: inrogās eos. **U**enistis? **Q**ui rñderūt: de terra chanaan: vt emamus victui necessaria. **E**t tñ fratres ipse cognoscēs: nō est cognitus ab eis. **R**ecordatusq; somniorū q̄ aliquādo viderat: ait ad eos. **E**xploratores estis: vt videat infirmiora terre venistis. **Q**ui dixerūt. **N**ō ē ita dñe: s̄ serui tui venerūt vt emerēt cibos. **S**ēs filij vnus viri sumus: pacifici venimus: nec quicq; famuli tui machinātur mali. **Q**uib? ille respōdit. **A**liter est. **I**mmunita terre huius p̄sistere venistis. **A**t illi dixerūt. **D**uodecim inquit fratres sui tui sumus: filij viri vni? in terra chanaan. **Q**uoniam cum patre n̄ro ē: alius nō est sup. **H**oc est ait qd locutus suz. **E**xploratores estis. **I**am nūc experimentuz v̄ri capia. **P**er salutē pharaonis nō egredimini hinc: donec veniat fraz vester minimū. **A**ditte ex vob vñū et adducat eū: vos autē eritis in vinculis donec p̄benē que dixistis: vtruz vera an falsa sint. **A**lioqñ per salutē pharaonis exploratores estis. **T**radidit q̄ illos custodiētib? diebus. **V**ic autē t̄tio eductis de carcere ait. **F**acite q̄ dixi: et viuetis. **D**eū eniz t̄si meo. **S**i pacifici estis: frater vester vñū liget in carcere: vos autē abite et ferte frumēta que emistis in domos v̄ras. et fratrem v̄m minimū ad me adducite: vt possiz v̄ros p̄barefermones: et nō moriamī. **F**ecerūt vt dixerat et locuti sunt ad inuicē. **A**derito hec patimur: qz peccauim? in fratre n̄ro: vidētes angustiā aie illi? dū dep̄care nos et nō audiuiim?. **I**dcirco venit sup nos ista tribulatio. **E**qb? vnus ruben ait: **N**ūquid nō dixi vob: nolite peccare in puerū: et nō audistis me? **E**n sanguis ei? ex̄grit. **N**esciebant enī qz intelligeret ioseph: eo qz p̄ interpretē loqueretur ad eos. **A**uertitq; se parūper et fleuit: et reuersus locutus ē ad eos. **T**ollensq; symeon: et ligās illis p̄sentibus: iussit ministris vt implerēt eorū saccos tritico: et reponerent pecunias singulorū in sacculis suis: datis supra cibarijs i via. **Q**ui fecerūt ita. **A**t illi portantes frumēta in asinis suis p̄fecti sunt. **A**pertoq; vnus sacco vt daret iumento pabulū in diuersorio p̄tēp̄atus pecuniā in ore sacculi: dixit fratribus suis. **R**eddita ē mibi pecunia. **E**n habetur i sacco. **E**t obstupefacti turbatiq; mutuo

Genesis

dixerūt. Quid nā est hoc qđ fecit nobis de? Venerūtq; ad iacob patrē suum in terra chanaan: et narrauerūt ei omnia que accidissent sibi dicētes. Locutus ē nobis dñs terre dure: et putauit nos exploratores eē puficie. Cui rñdimus. Pacifici sum⁹: nec vllas molimur insidias. Duodecim fratres vno patre geniti sumus vnus nō est sup: minimus cū patre nostro: est in tra chanaan. Qui ait nob. Sic pbabo qđ pacifici sitis. Fratrē vestrum vnū dimittite apud me: et cibaria domibus vris necessaria sumite et abite. Fratremq; vrm minimū adducite ad me: vt scia qđ n̄ sitis exploratores: et istū qui tenetur in vinculis recipe possitis. ac deinceps que vultis emēdi habeatis licentiā. His dictis cū frumēta effunderent. singuli reppererūt in ore saccoꝝ ligatas pecunias: exterritisq; simul omnibus dixit p̄ iacob. Absq; liberis me esse fecistis. Ioseph nō est super: symeon tenet in vinculis: et beniamin auferetis. In me hec omnia mala ceciderūt. Cui rñdit ruben. Vos filios meos interfice: si nō reduxero illum tibi. Trade illum in manu mea: et ego eū tibi restituum. At ille. Non descendet inquit filius meus vobiscuz. Frater ei⁹ mortu⁹ ē et ipse solus remansit. Si quid ei aduersitatis acciderit in terra ad qm̄ pergitis: deducet canos meos cū dolore ad inferos.

XLIII

Interim fames oēm terrā vchemēter premebat: et sumptisq; cibis quos ex egypto detulerant: dixit iacob ad filios suos. Reuertimini et emite nobis paucillum escarum. Rñdit iudas. Benunciauit nobis vir ille sub attestacione iurisiuradi dicēs. Nō videbitis faciē meā: nisi fratrē vestrū minimū adduxeritis vobiscū. Si ergo vis eum mittere nobiscū p̄gemus pariter: et emem⁹ tibi necessaria: si autē nō vis nō ibim⁹. Vir enī vt sepe diximus: denunciavit nobis dicens. Nō videbitis faciē meā absq; fratre vro minimo. Dixit eis israel. In meā hoc fecisti miseriam: vt indicaretis ei et aliū h̄re vos frēm. At illi rñderunt. Interrogauit nos hō p̄ ordinē nr̄am p̄geniem: si pater viueret: si habemus fratrē. Et nos rñdimus ei cōsequēter iuxta illud qđ fuerat sciscitatus. Nunqđ scire poteramus qđ dicitur⁹ esset: adducite frēm vrm vobiscū. Iudas qđ dixit p̄i suo. Mitte puerū mecum vt p̄ficiscamur et possimus viuere: ne moriamur nos et puuli nostri. Ego sciō puerū: de manu mea req̄re illum. Nisi reduxero et reddidero eū tibi: ero peccati re⁹ in te omni tempe. Si non intercessisset dilatio: iam vice altera venissemus. Igit̄ israel pater eozū dixit ad eos. Si sic necesse est: facite qđ

vultis. Sumite de optimis terre frugibus in vasis vestris: et deferte viro munera modicū resine et mellis et stozac stactes et therebinthi et amygdalarū. Pecuniāq; duplicē ferte vobiscū: et illā quā iuenistis in sacculis reportate: ne forte errore factum sit. Sed et fratrem vestrū tollite: et ite ad virū. De⁹ autē me⁹ onipotens faciat vobis eū placabilē: et remittat vobiscū fratrē vrm quē tenet in vinculis et hunc beniamin. Ego autē quasi orbat⁹ absq; liberis ero. Tulerunt ergo viri munera: et pecuniā duplicē et beniamin. Descenderūt in egyptū et steterunt corā ioseph. Quos cū ille vidisset et beniamin simul: p̄cepit dispensatori domus sue dicēs. Introduc viros domuz et occide victimas et instrue cōuiuū: quā hodie mecū sūt comesturi meridie. Fecit ille qđ sibi fuerat impatū et introduxit viros domū. Ibiq; exterriti dixerūt mutuo: Propter pecuniā quā retulimus prius in saccis nr̄is: introducti sumus: vt deuoluat in nos calūniā et violenter subiiciat seruituti et nos et asinos nr̄os. Quā obrez in ipsis foribus accedentes ad dispensatorē: locuti sunt. Oramus domine vt audias nos. Jam ante descendim⁹ vt emeremus escas: quibus emptis cuz venissemus ad diuersorū: apuimus saccos nr̄os: et inuenimus pecuniā in ore saccoꝝ: quā nunc eodem pōdere reportauimus. Sed et aliud attulimus argentū: vt emamus que nobis necessaria sunt. Nō est in nr̄a cōscientia: qđ posuerit eā in marsupijs nr̄is. At ille respondit. Pax vobiscū nolite timere. De⁹ vř et de⁹ patris vestri: dedit vobis thesauros in sacculis vestris. Nā pecuniā quā dedistis mihi pbataz ego habeo. Eduxitq; ad eos symeon. Et introducti domū attulit aquaz: et lauerunt pedes suos: deditq; pabulum asinis eozū. Illi vero parabant munera: donec ingrederetur ioseph meridie. Audierāt enī qđ ibi comesturi essent panē. Igit̄ ingressus ē ioseph domū suā: obtulerūtq; ei munera: tenentes in manibus suis et adorauerūt p̄ni in terram. At ille clementer resalutatis eis interrogauit eos dicens. Sanus ne est pater vř senex: de qđ dixeratis mihi? Adhuc viuūt. Qui rñderūt. Sospes est puus tuus pat̄ nr̄. Adhuc viuūt. Et incuruati adorauerunt eū. Attollens autē ioseph oculos: vidit beniamin fratrē suum yterinum: et ait. Iste ē frater vř puulus de qđ dixeratis mihi. Et rursus. Deus inquit miseratur tui fili mi. Festinauitq; in domū quia cōmota fuerant viscera eius sup fratre suo et erumpebat lachryme et introiens cubiculum fleuit. Rursūq; lota facie egressus: continuit se. et ait. Ponite panes. Quib⁹ appositi feoz

sum ioseph: et seorsum fratribus: egyptiis quibus
quibus uescerant simul seorsum. Illicitum est enim
egyptiis comedere cum hebreis: et propheta putant
huiusmodi conuiuium: sederunt coram eo.
Primogenitus iuxta primogenita sua: et mini-
mus iuxta etatem suam. Et mirabantur nimis
sumptibus partibus quas ab eo acceperant. Ma-
iorque pars venit beniamin: ita ut quatuor partibus
excederet. Biberuntque et inebriati sunt cum eo.

Precepit autem ioseph dixit. XLIII
Dispensatori domus sue dicens. Imple
saccos eorum frumento quantum possunt ca-
pere et pone pecuniam singulorum in summitate
sacci. Cyphum autem meum argenteum et precium quod
dedit tritici: pone in ore sacci iuniorum. Factumque
est ita. Et orto mane dimissi sunt cum asinis
suis. Jamque urbem exierant et processerant pau-
lulum. Tunc ioseph accersito dispensatore domus
sue ait. Surge inquit et persequere viros et apprehen-
sis dicit. Quare reddidistis malum pro bono
Cyphus quem furati estis: ipse est in quo bibit
dominus meus et in quo augurari solet. Pessimam
rem fecistis. Fecit ille ut iusserat: et apprehen-
sis per ordinem locutus est. Qui responderunt.
Quare sic loquitur dominus noster ut serui tui tan-
tum flagitium commiserint. Pecuniam quam inueni-
mus in summitate saccorum reportauimus ad te
de terra chanaan. Et quod consequens est: ut fu-
rati sumus de domo domini tui aurum et argentum.
Apud quemcumque fuerit inuentum seruorum tuorum
quod queris moriatur: et nos erimus serui do-
mini nostri. Qui dixit eis. Fiat iuxta vestram
sententiam. Apud quemcumque fuerit inuentum: ip-
se sit seruus meus: vos autem eritis innoxii. Ita-
que festinatum deponentes in terram saccos aper-
uerunt singuli. Quos scrutatus incipiens
a maiore usque ad minimum inuenit cyphum in
sacco beniamin. At illi scissis vestibus oneratis
que rursum asinis: reuersi sunt in oppidum pri-
musque iudas cum fratribus: ingressus est ad io-
seph. Necdum enim de loco abierat. Defecit ante
eum pater in terram corruerunt. Quibus ille ait
Cur sic agere uoluistis? An ignoratis quod non
sit similis mei in augurandi scientia? Cui iu-
das. Quid respondebimus inquit domino meo. vel
quid loquemur: aut iuste poterimus obtende-
re? Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum.
En omnes serui sumus domini mei: et nos et apud
quem inuentus est cyphus. Respondit ioseph. Ab-
sit a me: ut sic agam. Qui furatus est cyphum
ipse sit seruus meus: vos autem abite liberi ad
patrem vestrum. Accedens autem propius iudas
confidenter ait. Oro domine audi me: ut loquar
seruus tuus uerbum in auribus tuis: et ne ira-
scaris famulo tuo. Tu es enim post pharaonem
dominus meus. Interrogasti prius seruos tuos.

habetis patrem aut fratrem: et nos respondimus
tibi domino meo. Est nobis pater senex: et puer
puulus qui in senectute illius natus est: cuius
uterinus frater est mortuus: et ipsum solum ha-
bet mater sua: pater uero tenere diligit eum.
Dixistique fratri tuis. Adducite eum ad me: et
ponam oculos meos super illum. Suggestimus
tibi domino meo: non potest puer relinquere patrem
suum. Si enim illum dimiserit morietur. Et dixisti
seruis tuis. Nisi uenerit frater uester mini-
mus uobiscum non uidebitis amplius faciem
meam. Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum
patrem nostrum: narrauimus ei omnia que locu-
tus est dominus meus. Et dixit pater noster. Reuer-
timini: et emite nobis paruum tritici. Cui dixi-
mus. Num possumus ire? Si frater noster mi-
nimus descenderit uobiscum proficissemus si-
mul: alioquin illo absente non audemus uide-
re faciem uiri. At ille respondit. Vos scitis quod du-
os genuerit mihi uxor mea. Egressus est unus
et dixistis: bestia deuorauit eum et hucusque non
compareret. Si tuleritis et istum et aliquid ei in uia
contigerit: deducetis canos meos cum meo
re ad inferos. Ergo si intrauero ad seruum tuum
patrem nostrum et puer defuerit: cum anima illius
ex huius anima dependeat: uideritis eum non
esse uobiscum morietur: et deducet famuli tui
canos eius cum dolore ad inferos. Ego pro-
prie seruus tuus sum: quod in mea hunc recepi fi-
dem: et spondeo dicens. Nisi reduxero eum
peccati reus ero in preme omni tempore. Mane-
bo itaque seruus tuus pro pureo in ministerio
domini mei et puer ascendat cum fratribus suis.
Non enim possum redire ad patrem absente pu-
ero: ne calamitatis que oppressura est patrem
meum testis assistam. XLV

Non se poterat ultra cohibere ioseph
multis coram astantibus: unde precepit
ut egredierentur cuncti foras et nullus in-
teresset alieni agnitioni mutue. Eleuauitque uo-
cem cum fletu: quam audierunt egyptii: omnes do-
mus pharaonis et dixit fratribus suis. Ego
sum ioseph. Adhuc pater meus uiuit? Non
poterant respondere fratres nimio terrore per-
territi. Ad quos ille clementer: accedite inquit
ad me. Et cum accessissent prope: ego sum ait io-
seph frater uester quem uendidistis in egyptum.
Nolite pauere: neque uobis durum esse uideatur
quod uendidistis me in his regionibus. Pro sa-
lute enim uestra misit me deus ante uos in egyptum.
Biennium est enim quod cepit fames in terra
esse: et adhuc quinque anni restant quibus nec
arari poterit nec meti. Premisitque me deus ut
reseruemini super terram et escas ad uiuendum ha-
bere possit. Non uero consilio sed dei uoluntate huc
missus sum quod fecit me quasi preme pharaonis et

Genesis

dñm vniuerſe dom^o ei⁹ ac pñcipē in omī ter-
ra egypti. **F**estinate ⁊ ascēdite ad p̄rem meū:
⁊ dicetis ei. **H**ec mādat fili⁹ tu⁹ ioseph. **D**e⁹
fecit me dñm vniuerſe terre egypti. **D**escen-
de ad me ne moreris ⁊ habitabis in ēra iessen.
Erisq; iuxta me tu ⁊ filij tui ⁊ filij filioꝝ tuoꝝ:
oues tue ⁊ armēta tua ⁊ vniūsa q̄ possides: ibi
q; te pascā. **A**dhuc enī qñq; anni residui sunt
famis: ne ⁊ tu peas ⁊ oīs dom^o tua: ⁊ omīa q̄
possides. **E**n oculi v̄ri ⁊ oculi fris mei benia-
min vident q; os meū loquat̄ ad vos. **N**ūci-
ate p̄ri meo vniūsaꝝ gliaꝝ meā: ⁊ cūcta q̄ vidi-
stis i egypto. **F**estinate ⁊ adducite eū ad me.
Cūq; āplexat⁹ recidisset i collū beniamī fris
sui fleuit: illo q̄ s̄lī flēte sup collū ei⁹. **D**scu-
larusq; est ioseph oēs frēs suos: ⁊ plorauit su-
per singulos. **P**ost q; ausi sunt loqui ad eum.
Auditūq; ē ⁊ celebrī s̄mone vulgatū in aula
regis: venerunt frēs ioseph. **E**t gauisus est
pharao atq; oīs familia eius. **D**ixitq; ad io-
seph vt imparet fratrib⁹ suis dicēs. **O**neran-
tes iumenta: ite in terrā chanaan et tollite in-
de p̄rem vestrū ⁊ cognationē: ⁊ venite ad me
⁊ ego dabo vobis oīa bona egypti: vt come-
datis medullā terre. **P**recipe etiā vt tollant
plaustra de terra egypti ad subuectionē par-
uulorum suorum ac iugum. **E**t dicitō tolli-
te p̄rem vestrū ⁊ p̄perate q̄totius venien-
tes: nec dimittatis q̄cōq; de supellectili v̄ra:
quia oēs opes egypti v̄re erūt. **F**ecerūtq; fi-
lij isrl vt eis mādatū fuerat. **Q**uib⁹ dedit io-
seph plaustra s̄m pharaonis impium ⁊ ciba-
ria in itinere. **S**ingulis q; p̄ferri iussit binas
stolas: beniamin vero dedit trecentos argē-
teos cū qñq; stolis optimis tantūde pecunie
⁊ vestiū mittēs p̄ri suo: addēs eis asinos de-
cem: qui subueherent ex omnib⁹ diuitijs egy-
pti: ⁊ toridē asinas: triticū in itinere panesq;
portātes. **D**imisit q; frēs suos ⁊ p̄ficiscentib⁹
ait. **R**eirascamini in via. **Q**ui ascendētes ex
egypto: venerunt in terrā chanaan ad patrē
suū iacob: ⁊ nūciauerūt ei dicētes. **J**oseph fi-
lius tuus viuit: ⁊ ip̄e dñaf in omī terra egy-
pti. **Q**uo audito iacob quasi de graui somno
cuigilans: tñ nō credebat eis. **I**lli ecōtra refe-
rebāt oēm ordinē rei. **C**ūq; vidisset plaustra
⁊ vniuerſa que miserat: reuixit spūs ei⁹ ⁊ ait.
Sufficit mihi si adhuc ioseph fili⁹ me⁹ viuit
vadā ⁊ videbo illū anteq; moriar. **XLVI**

Profectusq; israel cū omnib⁹ q̄ habe-
bat venit ad puteū iuramēti ⁊ macta-
tis ibi victimis deo p̄ris sui ysaac au-
diuit eū p̄ visionē nocte vocantē se ⁊ dicentē
sibi. **J**acob iacob. **C**ui rñdit. **E**cce assus. **A**it
illi deus. **E**go sū fortissim⁹ de⁹ p̄ris tui. **N**oli
timere s̄ descende i egyptū: q; in gētē magnā

faciā te ibi. **E**go descēdā tecū illuc: ⁊ ego idē
adducā te reuertentem. **J**oseph q; ponet ma-
nus suas sup oculos tuos. **S**urrexit **J**acob
mane a puteo iuramenti: tulerūtq; eū filij eius
paruulis ⁊ vxorib⁹ suis in plaustris q̄ miserat
pharao ad portandū senē: ⁊ oīa que possede-
rat in terra chanaan. **V**enitq; in egyptū cum
omni semine suo: filij ei⁹ ⁊ nepotes filie ⁊ cun-
cta simul p̄genies. **H**ec sunt aut̄ noīa filioꝝ
israel qui ingressi sunt in egyptū ipse cū libe-
ris suis. **P**rimogenitus ruben. **F**ilij ruben:
enoch ⁊ phallu ⁊ esron ⁊ charmi. **F**ilij simeō:
iamuel ⁊ iamin ⁊ iami ⁊ ahod et iachin et sa-
ber ⁊ saul filius chananitidis. **F**ilij leui: ger-
son ⁊ caath ⁊ merari. **F**ilij iuda: her et onan
⁊ sela ⁊ phares ⁊ zara. **A**borui sunt aut̄ her-
⁊ onan in terra chanaan. **N**atiq; sūt filij pha-
res esron ⁊ amul. **F**ilij isachar: thola ⁊ phua
⁊ iacob ⁊ semrō. **F**ilij zabulon: sarech ⁊ che-
lon ⁊ iabelel. **H**i filij iye q̄s genuit in mesopo-
tania syrie: cū dina filia sua. **O**ēs aīe filioꝝ
ei⁹ ⁊ filiarū triginta tres. **F**ilij gad: sephon ⁊
aggi ⁊ esebon ⁊ suni ⁊ beri ⁊ aridi ⁊ areli. **F**i-
lij aser: iemna ⁊ iesua ⁊ iesui ⁊ beria sara quo-
q; soror eoꝝ. **F**ilij beria: beber ⁊ melchiel **H**i
filij zelphe quā dedit laban iye filie sue ⁊ hos
genuit iacob sedecim aīas. **F**ilij rachel vxor
is iacob: ioseph ⁊ beniamin. **N**atiq; sunt io-
seph filij in ēra egypti quos genuit ei assenez:
filia phutifarīs sacerdoti eliopoleos: manas-
ses ⁊ effraim. **F**ilij beniamin: bela ⁊ bechor ⁊
asbel ⁊ gera ⁊ naaman ⁊ iechzi ⁊ iethros ⁊ re-
semophi ⁊ ophim ⁊ ared **H**i filij rachel quos
genuit iacob: oēs aīe q̄tuordecim. **F**ilij dan:
ysan. **F**ilij neptalim: iassel ⁊ guni ⁊ ieser ⁊ sa-
lem. **H**i filij bale: quā dedit laban racheli fi-
lie sue: ⁊ hos genuit iacob: oēs aīe septē. **C**ū-
cteq; aīe q̄ ingressē sunt cū iacob in egyptū: et
egressē sunt de femore illi⁹ absq; vxorib⁹ filioꝝ
rum eius: sexaginta sex. **F**ilij aut̄ ioseph q̄ na-
ti sunt ei in terra egypti aīe due. **O**ēs aīe do-
mus iacob que ingressē sunt in egyptū: fuere
septuaginta. **M**isit aut̄ iacob iudam antese
ad ioseph in egyptum vt nūciaret ei ⁊ ille oc-
curreret in iessen. **Q**uo cū puenisset iuncto io-
seph curru suo ascēdit obuiā p̄ri ad eundē lo-
cū: videntq; eū irruit sup collū ei⁹: ⁊ in ā-
plexus fleuit. **D**ixitq; p̄r ad ioseph. **J**am le-
tus moriar: q; vidi faciē tuā: ⁊ supstitē tere-
linquo. **E**t ille locut⁹ ē ad frēs suos: ⁊ ad om-
nem domū p̄ris sui. **A**scendā ⁊ nūciabo pha-
raoni: dicāq; ei. **F**rēs mei ⁊ dom^o p̄ris mei q̄
erant in terra chanaan venerūt ad me ⁊ sunt
viri pastores ouiu: curāq; hñt alendorū gre-
gum. **P**ecora sua ⁊ armēta ⁊ oīa q̄ h̄re potue-
rūt adduxerūt secū. **C**ūq; vocauerit vos ⁊

dixerit: quod est opus vestrum: respōdebit.
Viri pastores sum? fui tui: ab infantia nra vsq;
in pns: et nos et pns nri. Hec aut dicit/ vt
habitare possitis in terra iessen: quia detestā/
tur egyptij omēs pastores ouiu. XLVII

Ingressus ergo ioseph nūciāuit pha/
raoni dicens Pater me? et frēs oues
eorum et armenta et cuncta que possi/
dent venerunt de terra chanaan: et ecce con/
sistunt in terra iessen. Extremos quoq; fra/
trum suorum quos viros cōstituit coraz rege
Quos ille interrogauit. Quid habetis opis
Rūderunt. Pastores ouiu sumus serui tui:
et nos et pns nri. Ad pegrinandum in terraz
tuā venimus: quā nō est herba gregib? suo/
rum morū: in graue scēte fame in terra chana/
an. Petimusq; vt esse nos iubeas suos tuos
in terra iessen. Dixit itaq; rex ad ioseph. Pa/
ter tuus et fratres tui venerunt ad te. Terra
egypti in cōspectu tuo est: in optimo loco fac
eos habitare: et trade eis terram iessen. Ad si
nostri in eis esse viros industrios: constitue il/
los magistros pecorū meorū. Post hec intro/
dixit ioseph patrē suū ad regem: et statuit eū
coram eo. Qui bñdicens illi: et interrogatus
ab eo: quāt sunt dies annorū vite tue: respondit
Dies pegrinationis vite mee cētum triginta
annorum sunt: parui et mali: et non puenērūt
vsq; ad dies patrū meorū quibus pegrinati
sunt. Et bñdicto rege egressus est foras. Jo/
seph vero p̄ri et fratribus suis dedit possessio/
nem in egypto in optimo terre loco ramesse:
vt preceperat pharao: et alebat eos: omneq;
domū p̄ris sui: prebens cibaria singulis. In
toto em orbe panis deerat: et oppresserat fa/
mes terrā maxime egypti et chanaan. Equi/
bus oēm pecuniā congregauit p venditione
frumenti: et intulit eaz in erariū regis. Cumq;
defecisset emptoribus precii venit cūcta egyptus
ad ioseph: dicens. Da nob panes. Qua/
re morimur corā te deficiente pecunia? Qui/
bus ille rñdit. Adducite pecora vestra: et da/
bo vobis p eis cibos: si precium nō habetis
Que cū adduxissent dedit eis alimenta pro/
equis: et ouibus et bobus et asinis: sustētauit
q; eos illo anno p cōmutatione pecorū. Ve/
nerūt quoq; anno scdo et dixerūt ei. Non ce/
lamus dño nro q; deficiente pecunia: pecora
simul defecerūt nec clam te est q; absq; corp/
bus et terra nihil habeamus. Cur ergo mori/
mur te vidente? Et nos et terra nra tui erim?
Eme nos in seruitutē regiā: et pbe semina: ne
peunte cultore redigat terra in solitudinem.
Emit igif ioseph omnē terrā egypti: vendē/
tibus singulis possessiones suas p magnitu/
dine famis. Subiecitq; eā pharaoni: et cum

ctos populos ei? a nouissimis terminis egypti
vsq; ad extremos fines eius preter terram
sacerdotum que a rege tradita fuerat eis qui/
bus et statuta cibaria et horreis publicis pbe/
bant: et idcirco non sunt compulsi vende/
re possessiones suas. Dixit ergo ioseph ad po/
pulos. En vt cernitis et vos et terrā vestram
pharao possidet. Accipite semina et serte a/
gros vt fruges habere possitis. Quintā ptē
regi dabitis quatuor reliquas pmitto vobis
in sementē: et in cibū familijs et liberis vestris
Qui rñderūt. Salus nostra in manu tua est.
Respiciat nos tm̄ dñs noster et leti seruiem?
regi. Ex eo tempe vsq; in p̄sentē diem in vni/
uersa terra egypti regibus quinta ps soluit:
et factū est quasi in legem. absq; terra sacerdo/
tali: que libera ab hac conditione fuit. Habi/
tauit ergo israel in egypto. i. in terra iessen et
possedit eā: auctusq; ē et multiplicat? nimis.
et vixit in ea decē et septē annis. Factiq; sunt
oēs dies vite illius centū quadraginta septē
annorum. Cūq; appropinquare cerneret diē
mortis eius: vocauit filiū suū ioseph: et di/
xit ad eum. Si inueni gratiā in cōspectu tuo.
pone manū tuā sub femore meo: et facies mi/
hi misericordiā et veritatē: vt nō sepelias me
in egypto: sed dormiā cū patribus meis et au/
feras me de terra hac cōdāsq; in sepulcro ma/
iorum meorum. Cui rñdit ioseph. Ego faciā
quod iussisti. Et ille. Jura ergo inquit mihi
Quo iurante adorauit israel dñm conuersus
ad lectuli caput. XLVIII

His ita trāfactis nūciatū est ioseph
q; egrotaret pater suus. Qui assum/
ptis duobus filijs: manasse et effraim
ire prexit. Dictūq; est seni. Ecce filius tuus io/
seph venit ad te. Qui confortatus sedit in le/
ctulo. Et ingresso ad se ioseph ait. Deus om/
nipotens apparuit mihi in luz: que est in ter/
ra chanaan bñdixitq; mihi. et ait. Ego te au/
gebo et multiplicabo: et faciā te in turbas po/
pulorū. Daboq; tibi terrā hanc: et semini tuo
post te. in possessionē sempiternā. Duo ḡ filij
tui qui nati sunt tibi in terra egypti anq; huc
venirē ad te: mei erunt effraim et manasses: si/
cut ruben et symeon reputabunt mihi. Reli/
quos autē quos genueris post eos tui erunt
et noie fratrū suorū vocabunt in possessioni/
bus suis. Mihi em̄ qm̄ veniebā de mesopo/
tania: mortua est rachel in terra chanaan in
ipso itinere. Eratq; vernū tempus. Et ingre/
diebar effratam: et sepeliui eam iuxta viam ef/
frate que alio noie appellat bethleē Videns
aut filios eius dixit ad eū. Qui sunt isti? Rñ/
dit filij mei sunt: q; donauit mihi dñs in b lo/
co. Adduc inq; eos ad me: vt bñdicam illis.

Oculi enim israel caligabant pro nimia senectute: et clare videre non poterat. Applicuitque ad se deoscularus et circumplexus eos: dixit ad filium suum. Non sum fraudatus aspectu tuo: in super ostendit mihi deus seminum tuum. Cumque tulisset eos ioseph de gremio patris, adorauit pronus in terram et posuit effraim ad dexteram suam, id est ad sinistram israel: manassen vero in sinistra sua ad dexteram, id est patris, applicuitque ambos ad eum. Qui extendens manum dexteram posuit super caput effraim iunioris fratris: sinistram autem super caput manasse qui maior natus erat, commutans manus. Benedixitque iacob filios ioseph, et ait. Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei abraham et isaac: deus qui pascit me ab adolescentia mea usque in presentem diem, angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueri istis et inuocet super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum abraham et isaac, et crescant in multitudinem super terram. Videns autem ioseph quod posuisset pro se dexteram manum super caput effraim, quiter accepit. Et apprehensam manum patris leuare conatus est de capite effraim et transferre super caput manasse. Dixitque ad patrem: Non ita puenit propter quod hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput eius. Qui reuocans ait. Scio fili mi scio. Et iste quippe erit in plures et multiplicabitur, sed frater eius iunior maior erit illo: et semen illius crescat in gentes. Benedixitque eis in tempore illo, dicens. In te benedicet israel, atque dicet. Faciat tibi deus sicut effraim et sicut manasse. Constituitque effraim animum manassen. Et ait ad ioseph filium suum. Ego morior et erit deus vobiscum: reducetque vos ad terram patrum vestrorum. Do tibi partem vineam extra fratres tuos quam tuli de manu ammorrhæi in gladio et arcu meo.

XLIX

Vidit autem iacob filios suos: et ait eis. Congregamini ut annuncietur que ventura sunt vobis in diebus nouissimis. Congregamini et audite filij iacob audite israel patrem vestrum. Ruben primogenitus meus? Tu fortitudo mea, et principium doloris mei. Prior in donis: maior in impio. Effusus es sicut aqua. Non crebas: quia ascendisti cubile patris tui et maculasti stratum eius. Symeon et leui fratres vasa iniquitatis bellantia. In conspectu eorum non veniat anima mea: et in certum illorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt virum: et in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furore eorum, quia peritiam: et indignatio eorum, quia dura. Diuidam eos in iacob et dispergam eos in israel. Iuda: re laudabunt fratres tui. Manu tue in ceruicibus inimicorum tuorum: adorabunt te filij patris tui. Latulus leonis iuda. Ad predam filij mi ascendisti rediens accubisti ut leo: et quasi

leona. Quis suscitabit eum? Non auferet sceptrum de iuda et dux de femore eius: donec veniat qui mittendus est et ipse erit expectatio gentium. Ligas ad vineam pullum suum: et ad vitem o fili mi asinam suam. Lauabit in vino stolam suam et in sanguine vultus pallium suum. Pulciores sunt oculi eius vino: et dentes eius lacte candidiores. Zabulon in litore maris habitabit et in statione nauium perstringens usque ad sydonem. Ysachar asinus fortis: accubans inter terminos. Vidit requiem quod esset bona et terram quod optima: et supposuit humerum suum ad portandum: factusque est tributis seruus. Dan iudicabit populum suum sicut et alia tribus in israel. Fiat dan coluber in via: cerastes in semita mordens vngulas equi: ut cadat ascensor eius retro. Salutare tuum expectabo domine. Ead accinctus preliabitur ante eum: et ipse accingetur retrorsum. Aserpinguis panis eius: et prebebit delicias regibus. Reptalim ceruus emissus et dans iocundam pulcritudinis. Filius accrescens ioseph: filius accrescens et decorus aspectu. Filie discurrerunt super murum, sed exasperauerunt eum: et iurgati sunt inuideruntque illi habentes iacula. Seddit in forti arcus eius: et dissoluta sunt vincula brachiorum et manuum illius: per manus porctis iacob. Inde pastor egressus est lapis israel. Deus patris tui erit adiutor tuus: et omnipotens benedicet tibi benedictionibus celi desuper: benedictionibus abyssi iacentis deorsum benedictionibus vberum et vulue. Benedictiones patris tui: confortate sunt benedictionibus patrum eius: donec veniet desiderium collium eternorum. Fiat in capite ioseph et in vertice nazarei inter fratres suos. Benjamin lupus rapax: mane comedit predam et vespe diuidet spolia. Deus hi in tribubus israel duodecim. Hec locutus est eis pater suus: benedixitque singulis benedictionibus propriis et precepit eis dicens. Ego congregor ad populum meum. Sepeliteme cum patribus meis in speiunca duplici que est in agro ephron ethei contra mambez in terra chanaan: quam emit abraham cum agro ab ephron etheo in possessione sepulcri. Ibi sepelierunt eum et sarā uxorem eius. Ibi sepultus est ysaac cum rebecca coniuge sua. Ibi et lya condita iacet. Finitisque mandatis quibus filios instruebat: collegit pedes suos super lectulum et obiit: appositusque est ad populum suum.

Quod cernens ioseph: ruit super faciem patris: flens et deoscularus eum: precepitque seruis suis medicis: ut aromatibus condirent patrem. Quibus iussa explentibus transferunt quadraginta dies. Iste quippe mos erat cadauerum conditorum. Fleuitque eum egyptus septuaginta diebus. Et expleto placentempe: locutus est ioseph ad familiam phara-

raonis. Si inueni gratiā in cōspectu v̄ro: lo-
 quimini in auribus pharaonis: eo q̄ p̄ me
 adiurauerit me dicēs. **Q**n morior: in sepulcro
 meo quod fodi mihi in terra chanaan: sepeli-
 es me. **A**scendā igit̄ ⁊ sepeliā patrē meū: ac
 reuertar. **D**ixitq; ei pharao. **A**scende ⁊ sepe-
 li patrē tuū sicut adiuratus es. **Q**uo ascēden-
 te: ierunt cū eo oēs senes domus pharaonis
 cunctiq; maiores natu terrē egypti: dom⁹ io-
 seph cū fratribus suis absq; puulis et gregi-
 bus atq; armētis: que dereliquerūt in t̄ra iel-
 sen. **H**abuit quoq; in comitatu currus ⁊ eq̄-
 tes: ⁊ facta ē turba nō modica: venerūtq; ad
 aream achad: que sita est trans iordanēz vbi
 celebrantes eteq;as planctu magno atq; ve-
 hementi impleuerūt septē dies. **A**d cū vidis-
 sent habitatores t̄re chanaan. dixerūt. **Plā-**
ctus maguus est iste egyptijs. **E**t idcirco vo-
 catū est nomē loci illius plancius egypti. **F**e-
 cerūt ergo filij iacob sicut p̄ceperat eis: ⁊ por-
 tantes eum in terrā chanaan: sepelierunt eum
 in spelunca duplici: quā emerat abraam cum
 agro in possessionē sepulcra: ab ephron eth eo
 cōtra faciē mambre. **R**euerfusq; est ioseph in
 egyptum cū fratribus suis ⁊ omni comitatu:
 sepulto patre. **Q**uo mortuo timentes fratres
 eius ⁊ mutuo colloquētes ne forte memo: sit
 iniurie quā passus ē: ⁊ reddat nobis om̄e ma-
 lum qd fecimus: mandauerunt ei dicentes:
Pater tuus precepit nobis ateq; mozeretur
 vt hec tibi v̄bis illius diceremus. **O**blecro
 vt obliuiscaris sceleris fratru tuoz: ⁊ pecca-
 ti atq; malicie quā erer cuerūt in te. **N**os q̄
 oram⁹ vt seruo dei p̄ri tuo dimittas iniquita-
 tem hanc. **Q**uibus auditis fleuit ioseph: ve-
 neruntq; ad eum fratres sui: ⁊ p̄ni adorātes
 in terrā dixerūt. **S**erui tui sumus. **Q**uid⁹ il-
 lerūdīt. **N**olite timere. **N**ū dei possum⁹ resi-
 stere voluntati? **V**os cogitastis de me malū
 sed deus vertit illud in bonū: vt exaltaret me
 sicut in p̄sentiarum cernitis: ⁊ saluos faceret
 ml̄tos ppl̄os. **N**olite timere. **E**go pascā vos
 ⁊ puulos v̄ros. **C**ōsolatusq; est eos ⁊ blāde
 ⁊ leniter est locut⁹: ⁊ habitauit in egypto cuz
 om̄i domo p̄ris sui. **D**ixitq; centūdecē ānis:
 ⁊ vidit effraim filios vsq; ad tertiā generatio-
 nem. **F**ilij quoq; machir filij manassenati sūt
 in genibus ioseph. **Q**uibus trāfactis locut⁹
 est fratribus suis. **P**ost mortē meā de⁹ visi-
 tabit vos: ⁊ ascēdere vos faciet de terra ista:
 ad terrā quā iurauit abraā ysaac ⁊ iacob. **C**ū
 q; adiurasset eos atq; dixisset: deus visitabit
 vos: asportate ossa mea vobiscū de loco isto
 mortuus est expletis centūdecem vite sue an-
 nis: ⁊ cōditus aromatib⁹: repositus est in lo-
 culo in egypto.

Explicit liber Genesis. Incipit liber helles-
 moth quē nos Exodi dicimus. Caplm. 1

N **E**c sunt no-
 mina filiozū israel: q̄ igres-
 si sunt in egyptū cū iacob.
 Singuli cū domib⁹ suis i-
 troierunt Ruben. symeon
 leui iudas. ysachar. zabu-

lon. ⁊ beniamin. dan. ⁊ neptalim. gad. ⁊ aser.
Erant igit̄ oēs aie eoz q̄ egressi sunt de femo-
 re iacob septuaginta. **J**oseph autē in egypto
 erat. **Q**uo mortuo ⁊ vniuersis fratribus eius
 om̄iq; cognatione sua: filij israel creuerunt et
 quasi germinātes multiplicati sunt: ac robo-
 rati nimis impleuerūt terram. **S**urrexit inter
 ea rex nouus sup egyptum: qui ignorabat io-
 seph. **E**t ait ad populū suū. **E**cce pl̄s filiozū
 israel multus ⁊ fortior nobis est. **V**enite sapiē-
 ter opprimam⁹ eū: ne forte multiplicet: ⁊ si in-
 grucrit cōtra nos bellū addat inimicis nr̄is.
Expugnatisq; nobis egrediat̄: de terra. **P**re-
 posuit itaq; eis mḡos operum vt affligerēt
 eos oneribus. **E**dificauerūtq; vrbes taberna-
 culozū pharaoni: phiton ⁊ rameses. **Q**uāto-
 q; opprimebant eos: tanto magis multiplica-
 bantur ⁊ crescebant. **E**derātq; filios isrl̄ egypti:
 ⁊ affligebant illudentes ⁊ inuidētes eis
 atq; ad amaritudinē pducebant vitā eoz
 opibus duris luti ⁊ lateris: om̄iq; famulatu
 quo in terre opibus premebant. **D**ixit autē
 rex egypti obstetricib⁹ hebreozū. **Q**uāz vna
 vocabat sephora. altera phua. **P**icipiens eis
Quā obstetricabit̄is hebreas ⁊ p̄ius tempus
 aduenerit: si mascul⁹ fuerit interficite eū: si fe-
 mina reſuate. **T**imuerūt aut̄ obstetrices deū
 ⁊ non fecerunt iuxta p̄ceptum regis egypti:
 s; p̄seruabant mares. **Q**uibus accessit: ad
 ser rex ait. **Q**uid nā ē h̄ qd̄ facere voluistis: vt
 pueros seruaretis? **Q**uerūderunt. **N**on sunt
 hebreæ sicut egyptie mulieres. **I**psæ enim ob-
 stetricandi h̄nt sciētiā ⁊ p̄s q̄ veniamus ad
 eas pariūt. **N**ū ergo fecit de⁹ obstetricibus
 ⁊ creuit pl̄s: cōfortatusq; est nimis. **E**t qz̄ ti-
 muerunt obstetrices deum: edificauit eis do-
 mos. **P**recepit q̄ pharao om̄i ppl̄o suo dicēs
Quicqd̄ masculini sexus natū fuerit: i flumē
 p̄fice. quicqd̄ feminini reseruate. **I**

Egressus ē p̄ hec vir de domo leui et
 accepit vxorē stirpis sue: q̄ cōcepit ⁊
 pepit filiū: ⁊ vidēs eū elegātē abscon-
 dit tribus mensibus. **C**ūq; iā celare nō possz
 sūpsit fiscellā stirpē: ⁊ liniuit eā bitumine ac
 pice: posuitq; int⁹ infantulū ⁊ exposuit eū in
 charecto ripe fluminis st̄ate p̄cul sorore eius